**I** *notione originaria significatur actio navigandi* **(***sc. fere actio nave per aquas vehendi, sed nave aquas permetiendi, peragrandi imprimis p. 227, 55sqq.; opp.* iter, *sc. terrestre, p. 226, 28. 41sq. et saepe,* via *p. 226, 10. 30. 60; fere pro syn. est* iter *p. 226, 26. 48. 230, 43* [*cf.* NON. p. 325, 24 *ad Ter. Hec. 415* iter: -o], peregrinatio maritima *p. 226, 23***)**: **A** *proprie*: **1** *quolibet respectu*: **a** *generaliter de actione navigandi*: CIC. Manil. 15 agri cultura deseritur, mercatorum -o conquiescit (*item -o pertinet ad mercaturam*: SEN. epist. 36, 5 opus est negotianti -e prospera. SERV. ecl. 4, 38 -o ... ex mercimonii ratione descendit). leg. agr. 2, 87 *ut Corinthus* duo maria ... -i diversa paene coniungeret. Cael. 49 *si quae mulier tamquam meretrix se gerat* osculatione, actis, -e, conviviis (*antea*: in Baiarum illa celebritate). fin. 5, 16 -is *ars est* gubernatio. nat. deor. 2, 85 classium -o ..., instructio exercitus (*inter exempla sollertiae humanae ut*: off. 2, 12 valetudinis curatio ..., -o *eqs.* PS. APVL. Ascl. 8 aedificatio, portus, -es. AVG. civ. 22, 24 p. 612, 28). LIV. 30, 19, 5 leniorem in -e quam in via iactationem vulneris fore. VITR. 10, 9, 5. 10, 9, 7 *machina* indicabit miliaria spatia -is (PLIN. nat. 2, 181 s. nocturnae -is. *cf.* QVINT. inst. 1, 10, 40 magnitudinem insularum ... significari -is ambitu). FEST. p. 355 Poeni adeo potentes maris fuerunt, ut omnibus mortalibus -o esset periculosa. SEN. dial. 8, 8, 4 me vetat navem solvere, cum laudet -em. *al.* PLIN. nat. 27, 52 (*v. p. 248, 39*). *al.* STAT. silv. 4, 3, 31 *curru vehens* plebs in ... campis *lutosis* horrebat mala -is. *al.* *ad exercendum corpus convalescentis* (*in medicina; cf. p. 222, 26*): CELS. 3, 21, 17 evocandus aeger est ad exercitationes, ... sudationes, -es (fatig- *var. l.*). 3, 22, 8 *pthisicis* opus est ... longa -e, caeli mutatione **(**4, 10, 4 utilis ... in omni tussi est peregrinatio, -o l. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 44 l. per maria -e [*opp.* fluminales vel portuosae atque stagni -es]. *al.***)**. PLIN. nat. 1, 31, 33 quid prosit -o (*cf. 31, 62* usus ... navigandi). 24, 28 *pthisicis* -em Aegyptiam proficere. 28, 54. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 112 peregrinatio ... maritima, si ferre -em potuerint patientes. *al.*

**b** *de certis itineribus navigantium*: **α** *vario contextu*: CIC. top. 5 haec ... in ipsa -e conscripsi tibique ex itinere misi (*cf.* TREBON. Cic. fam. 12, 16, 3 nactus in -e nostra pusillum laxamenti *versus scripsi*). Att. 6, 8, 1 laetatus sum felicitate -is tuae. 9, 5, 1 sunt ista ... difficillima, iter ad superum *mare,* -o infero ..., mansio Formiis. fam. 16, 4, 1 (*Tironi*) quin ... te neque -i neque viae committas. *al. in epist.* SEN. contr. 1, 4, 8 ignoscit filio pater -em recusanti. 7, 1, 8 erat navigium ... putre ..., infelix omen -is. VAL. MAX. 2, 4, 5 l. 336 longa et periculosa -o imperabatur *oraculo.* SEN. benef. 7, 15, 1 in illa -e pecuniam ... naufragus perdidi. *al.* PLIN. nat. 5, 10 inde ad promunturium Hesperu -e dierum ac noctium decem (*sc. perveniri sim.*, -e⟨m⟩, *sc. esse, Mayhoff; aliter p. 227, 40*). 5, 59 Elephantis insula ..., -is Aegyptiae finis. *al.* **β** *in vita publica et re militari*: CIC. ac. 2, 2 *Lucullus provinciam petiturus* cum totum iter et -em consumpsisset *in studiis.* nat. deor. 3, 83 *Dionysius fano expilato* 'videtisne' inquit 'amici, quam bona a dis immortalibus -o sacrilegis detur?' (*inde* VAL. MAX. 1, 1 ext. 3. *al.*). fam. 13, 68, 1 cognovi cursus -um tuarum (*sc. proconsulis*). 15, 2, 1 *cum in provinciam* maturius propter itinerum et -um difficultatem venire *non* potuissem (BELL. Alex. 69, 1 *legionem* difficultate itinerum ac -um ... deminutam). CAES. Gall. 3, 9, 7 longe aliam esse -em in concluso mari atque in ... Oceano. civ. 2, 23, 1 duas legiones ... transportabat biduoque et noctibus tribus -e consumptis adpellit *in Africam. al.* BELL. Alex. 13, 3 *Aegyptii* non longam -em parabant, sed ... in ipso portu confligendum videbant. 28, 2 celeriore fluminis Nili -e rex est usus ...; Caesar eodem itinere uti noluit. Hisp. 37, 3 *Pompeiani* quarto die -is ... ad terram adplicant. LIV. 29, 27, 13 prosperam -em *copiarum* sine terrore ac tumultu fuisse. 36, 14, 10 *iumenta* et -e et postea itineribus fatigata erant (*cf.* TAC. hist. 1, 31, 3 longa -e aegros *milites.* IVST. 18, 5, 9 fessos longa -e socios). *al.* FEST. p. 269 (*e Heraclide*) propter taedium -is *incensam classem.* VAL. MAX. 1, 8, 2 *legati* prosperam emensi -em ... Antium appulerunt. 4, 3, 2 -is deverticula. PLIN. nat. 2, 169 Hanno ... circumvectus a Gadibus ad finem Arabiae -em eam prodidit scripto. 6, 97 Arbis oppidum a Nearcho conditum in -e. *al.*

**2** *respiciuntur condiciones quaedam -em impedientes aut permittentes*: **a** *anni tempora* (*addidimus ventos l. 63. 68*): CIC. Att. 15, 25 est ... hiberna -o odiosa **(***cf.* fam. 6, 20, 1 hiemalis [*v. l. 75*]. Q. CIC. Cic. fam. 16, 8, 1 ne te tam longae -i et viae per hiemem ... committas. CAES. Gall. 4, 36, 2 propinqua die aequinoctii *autumnalis* infirmis navibus hiemi -em *non* subiciendam. *sim. al.***)**. fam. 15, 11, 2 si me -o non morabitur, quae incurrebat in ipsos etesias (*cf.* PLIN. epist. 10, 15 -i etesiae reluctantur). ad Q. fr. 2, 5, 5 (*antea*: adhuc clausum mare fuisse) te prima -e transmissurum (2, 6, 3. PROB. Verg. georg. 1, 138 quod earum *Pleiadum* ortu p. sit tuta -o. *cf.* COD. Theod. 13, 5, 27 inter prima -is ... exordia). POLLIO Cic. fam. 10, 33, 3 nulla ... post hiemem fuit ante eam diem *mensis Aprilis* -o. CAES. Gall. 5, 7, 3 c[h]orus ventus -em impediebat. 5, 23, 5 ne anni tempore a -e excluderetur, quod aequinoctium suberat (*cf. l. 61*). PAVL. dig. 6, 1, 16, 1 si navem ... tempore -is trans mare misit (CASSIOD. compl. in act. 26, 32 t. -is expleto). VEG. mil. 4, 39, 2sq. post ortum Pleiadum (*cf. l. 65*) ... usque in Arcturi ortum ... secura -o creditur ...; (3) post hoc tempus ... incerta -o est. 4, 39, 8 post natalem ..., ut ita dicam, -is (*i. navigium Isidis, v. p. 229, 7*). *al.* **b** *natura loci*: CIC. fam. 6, 20, 1 -is longae et hiemalis et minime portuosae periculum (*cf.* CAES. Gall. 3,

[Sannicandro]

9, 4 -em impeditam propter ... paucitatem ... portuum). Sen. suas. 1, 10 maris naturam non *patientem* -is (Ivst. 36, 3, 7). Plin. nat. 6, 99 inde vadosa -o, palustri similis, per euripos tamen quosdam peragitur. 6, 149 ultra -em incompertam ab eo latere *Arabiae* propter scopulos tradit Iuba. Inscr. Iugosl. Šašel 468 (*a. 101*) *imp. Traianus* ob periculum cataractarum derivato flumine tutam Danuvi -em fecit. Edict. praet. dig. 43, 15, 1 pr. ne ob id *opus ad ripam tuendam factum* -o deterior fiat (*cf.* Vlp. dig. 43, 12, 1, 14 *p. 230, 44.* 43, 12, 1, 15 quod -em incommodet difficilioremve faciat vel prorsus impediat). Sol. 2, 53 perniciosam ... ferventis Rodani -em temperavit *fossis C. Marius. al.* **c** *leges*: CIL VI 1872, 15 (*a. 206*) *corpus piscatorum et urinatorum totius alvei Tiberis patrono,* cum -o scapharum diligentia eius adquisita et confirmata sit (*v. Waltzing, Étude hist. sur les corporations II 77*). Cod. Theod. 10, 19, 9 ut ... -o huiusmodi hominum generi, *sc. aurilegulis,* clauderetur.

**B** *in imag. et compar.*: **1** *respicitur vita hominum*: Cic. Cato 71 ut, quo propius ad mortem accedam, quasi ... videar ... in portum ex longa -e esse venturus (*cf.* Evseb. Gallic. hom. 42, 10 post multae -is pericula ... ad portum ... pervenisse). Tert. anim. 52, 4 animae -o (*v. p. 239, 27*). Avg. beat. vit. 2 l. 45 *homines quidam* illecebris capti bonae -is tempora differentes errant diutius. doctr. christ. 1, 22 purgationem *animi* ... quasi -em ad patriam esse arbitremur. **2** *vario respectu*: Sen. dial. 9, 5, 5 *ut a negotiis publicis te removeas* nec aliter quam in periculosa -e ... portum petas. Qvint. inst. 12, 2, 24 *Epicurus* fugere omnem disciplinam -e quam velocissima (-me *trad.*) iubet. Cassian. conl. 1 praef. 4 *in opere scribendo* tanto ... profundioris -is periculis ... ingenii cumba iactanda est, quantum *eqs.*

**II** *metonymice significatur*: **A** *cursus, quo navigatur, iter navigandi* (*cf. p. 226, 40 et* Non. p. 251, 21 cursus: -o [*ad Verg. Aen. 3, 337*]): Bell. Alex. 8, 2 (*antea*: vel a sinistra parte ... vel a dextra) quae diversae -es numquam uno tempore ... ventis praecluderentur. Plin. nat. 1, 6, 26 -es in Indiam (*spectat ad* 6, 96 eam -em, quae *temporibus Alexandri* ... comperta servatur hodie. 6, 104 quem *portum* Indica -o non petit). 2, 243 mensura *terrae* currit ... *hac* via: a Gange amne ... ad Myriandrum urbem Syriae ..., inde proxima -e Cyprum insulam *eqs.* (*inde* Mart. Cap. 6, 612). Svet. Iul. 58, 1 nisi ... portus et -em et accessum ad insulam explorasset (*cf. Caes. Gall. 4, 21, 3* brevissimus in Britanniam traiectus). **B** *descriptio itineris maritimi* (*cf. p. 226, 55*): Plin. nat. 6, 96 *Indica* Onesicriti et Nearchi -o nec nomina habet mansionum nec spatia. **C** *spatium navigando dimensum: indicato tempore* (*notione communi e. g. p. 226, 34*): Plin. nat. 2, 187 sex *dierum* -e in septentrionem a Britannia distante *insula Thyle* (4, 104 sex d. -e abesse. 5, 89 ab eo *oppido* Seleuciam d. decem -o. 5, 128 Pharos, quondam diei -e distans ab Aegypto. *al. apud eundem*). 4, 95 a litore Scytharum tridui -e insulam esse (*cf.* 6, 163 Timosthenes totum sinum quadridui -e in longitudinem taxavit, bidui in latitudinem. *sim. al. apud eundem*). *indicatis passibus, stadiis* (*cf. p. 226, 11*): Plin. nat. 3, 62 *Surrentina* -o a Cerceis ... patet *tot milia passuum.* 6, 134 unde Susa -e ... *tot milium* p⟨assuum⟩ absunt. Amm. 22, 8, 10 omnis ... eius *Ponti Euxini* ... circuitūs *litorea* -o viginti tribus dimensa milibus stadiorum (23, 6, 70 unde l. -o ad usque Mediae fines ... stadiorum sunt duo milia et ducenta).

*appendicula syntactica et stilistica*: **1** *determinationes selectae (gen. subi. v. l. 11. p. 226, 1. 7. al., gen. qual. v. sub IIC supra); indicatur*: **a** *ubi navigetur: vario modo, sc. per abl. loci p. 226, 29, praepos.* per *p. 226, 20 et* Tac. ann. 2, 55, 3 (*vix addas* in *p. 226, 43*), *adi. l. 48. p. 226, 21. 36* (*paulo aliter l. 3*). *per gen. obi.* (*sec. usum trans. verbi p. 232, 66sqq.*): Bell. Alex. 28, 2 fluminis Nili. Inscr. Iugosl. Šašel 468 (*a. 101*) Danuvi (Evgipp. Sev. 22, 4). Tac. ann. 2, 53, 1 Hadriatici ac ... Ionii *maris* (3, 1, 1 hiberni m. Cod. Iust. 4, 33, 3 [*a. 286*]). Sol. 2, 53 Rodani. Mart. Cap. 6, 681 cuius *Euphratis.* Cael. Avr. chron. 1, 1, 44 stagni. **b** *quo navigetur: per praepos.* ad *l. 21. 49,* in *c. acc. l. 31, adv.* ultra *l. 4, adi. l. 32. p. 226, 22* (*paulo aliter p. 226, 75*). **c** *unde navigetur* (*cf.* Serv. Aen. 6, 338 ['Libyco ... cursu'] -o ... ab intentione, *sc. Libyam relinquentis,* accipit nomen): Adnot. Lucan. argum. 2 tacita nocte inde -em (*vix addas praepos.* ab *l. 4*).

**2** *iuncturae nominales selectae*: Cic. Cato 71 longa (fam. 6, 20, 1. *et saepe, e. g. p. 226, 19. 46. 60; cf.* Plin. nat. 19, 142 longinqua). nat. deor. 3, 83 bona (Val. Max. 1, 1 ext. 3. *al., e. g. l. 19*). Att. 3, 8, 2 perdifficilis (*cf.* difficilis *l. 8. p. 226, 28 et* Hist. Avg. Pesc. 5, 5, difficultas -is *p. 226, 41sq. et* Sen. suas. 1, 10). fam. 6, 20, 1 -is ... periculum (Qvint. decl. 259, 7 Porph. Hor. carm. 3, 27, 17. *al.; cf.* periculosa *l. 22. p. 226, 14. 32. al.*). Bell. Alex. 28, 2 celeriore (Tac. hist. 2, 81, 1 ann. 2, 55, 3). Liv. 29, 27, 13 prosperam (*al., v. vol. X 2, 2214, 75sq.*). Plin. nat. 2, 243 proxima (*cf.* Veg. mil. 4, 31, 6 directa. Cod. Theod. 13, 5, 33 recta). Inscr. Iugosl. Šašel 468 (*a. 101*) tutam **(**Arnob. nat. 3, 23 p. 181, 1. Vvlg. act. 27, 9 non ... t. [Vet. Lat. cod. 51 incerta, *gr.* πλοός]. *al.***)**. *al.* *Sannicandro.*

**nāvigātor,** -ōris *m.* *a* navigare. *de scriptura*: Gramm. suppl. 298, 14 'viatores', '-es' ... per e et s *scribuntur* (*sim.* 300, 13).

*i. qui navigat: homo*: CIL X 3804 (*a. 12*) P. Rammius P. l⟨ibertus⟩ Chrestus -r (*infra sculpitur cymba*). Qvint. inst. 5, 10, 27 (*antea: personarum* studia *quaeruntur*) negotiator, miles, -r, medicus. Ps. Qvint. decl. 12, 22 infelix -r es et cuius votis aurae non respondeant. Pavl. Nol. carm. 24, 397 qui *post naufragium* veste trita -r venerat (*opp.* viator). Conc. Carth. a. 411, 3, 141 *episcopos* illos scilicet, quos ... -es semper habent furiaeque suae legatos. Ps. Avg. serm. 150, 2 (*antea: postquam Petrus dominum negavit,* vidit navim cordis sui ... nudam) Iesus pelago -em terrebat, Petrus de gubernatore securitatem sperabat. Gloss. V 374, 45 navita: -r (nagi- *trad.*). *animal*: Plin. nat. 1, 9, 47 de -e polypo (*cf. p. 233, 47*). 1, 9, 49 de -e nauplio (*cf. l. 28. p. 247, 28*).

**nāviger,** -a, -um. *a* navis *et* gerere. Gloss.$^L$ I Ansil. na 172 -r: mare (*obscurum*; mare velivolum: -um mare *coni. edd. in app.*).

**1** *usu sollemni i. q. naves gerens, sc. de aquis sim.*: Lvcr. 1, 3 Venus ..., quae *mare* -um, quae terras frugiferentis concelebras (Drac. laud. dei 1, 164 Cassiod. in psalm. 73, 13 l. 319. 103, 25 l. 539). Mart. 12, 98, 4 -um per freta ... iter *pandere.* Paneg. 5, 7, 2 -a *flumina* (Amm. 14, 8, 12 Cassiod. var. 5, 17, 6). Avien. ora 643 *Rhodanus* aquarum in ortu et f[r]onte primo -r. orb. terr. 314 -o ... ab aestu. Avson. 6 (320 S.), 26 -r hic *amnis* (Mos. 27 Veg. mil. 3, 7, 5). Mos. 367. Amm. 23, 6, 20 -os *fluvios* (Pavl. Petric. Mart. 6, 76). Sedvl. carm. pasch. 3, 230 (*respic. Matth. 14, 25sq.*) sub calle pedestri *domini* -as patuisse vias (*fere eadem* op. pasch. 3, 19). Pavl. Pell. euch. 46 Garumna moenibus *Burdigalae* ... maris invehit undas -am per portam. Iord. Get. 53.

**2** *usu peculiari*: **a** *i. q. navigio praeditus*: Plin. nat. 9, 94 ⌞-am similitudinem⌟ ... visam sibi prodidit Mucianus: concham esse ... carinatam *eqs.* (⌞ ⌟ *notiones animalis navi similis et navem gerentis quodam modo confundi videntur*). **b** *i. q. e navibus constans*: Iord. Rom. 229 Cyprum Cato classe -a directus invasit.

**nāvigiārius,** -a, -um. *a* navigium. *masc. pro subst. i. q. navicularius*: CIL XIV 4144, 6 (*a. 147*) universi -i corpor⟨um⟩ quinque.

**nāvigiolum,** -ī *n.* *a* navigium *deminutive.* *i. q. parvum navigium*: Lent. Cic. fam. 12, 15, 2 ut ... urbe ... prohiberentur nostri milites, nos vix ipsi singulis cum -is reciperemur. Bell. Afr. 63, 1 ipse parvulum -um conscendit (*antea opp.* naves). *N. H.*

※**nāvigium,** -ī *n.* *a* navigare. Not. Tir. 109, 65 -um (130, 27). *gen. plur.* -ium *v. p. 229, 38.* *de notione* (*cf. p. 230, 43sqq.*): Synon. Cic. p. 442, 14 ratis. navis. ... -um pelagium; amnicum. Gloss. -a: naves. *sim. al.* *legitur inde a* Rhet. Her. (*v. p. 230, 48*), Cic., Lvcr. [*francog., loth., comit. vet.* navoi *et var. dial. (etiam collective de classe), prov., cat.* navei, *hisp., port.* navío. *cf. M.-L. 5862. Wartburg VII 65sq. Corominas-Pascual IV 219. Machado$^3$ IV 199sq. Schd.-Cr.*] **[***confunditur in codd. c.* navigare *p. 230, 48 et* Dict. 5, 16, naufragium *p. 213, 49,* navis Clod. Lic. hist. 4 Iren. 3, 14, 1 (*in falsa var. l.* Caes. Gall. 4, 20, 4 Gloss.$^L$ I Ansil. su 579).**]**

**I** *i. q. vehiculum ad navigationem aptum* (*variat in contextu c.* navis *e. g.* Cic. inv. 1, 58 de orat. 1, 153 ac. 2, 100 Liv. 35, 26, 6; *iuxta ponitur* scapha *p. 229, 15sqq.,* ratis *p. 229, 24*): **A** *proprie; illustratur*: **1** *usus sim.*: **a** *exempla varia* (*selecta inde ab* Hor.): Cic. inv. 1, 58 eadem -i ratio est; nam navis optime cursum conficit ea, quae scientissimo gubernatore utitur **(**[*nisi ad II*]. *sim. respic. ars navigandi*: de orat. 1, 174 illa ... deridenda arrogantia est, in minoribus -is rudem esse se confiteri, quinqueremis ... gubernare didicisse. 1, 237 si parvi -i et magni eadem sit in gubernando scientia *eqs. al.***)**. Verr. II 1, 87 (*antea*: myoparonem) hoc illi -o ad omnes populi Romani hostes ... navigaverunt. 5, 45 praesidii et vecturae causa sumptu publico -a praebentur. Sest. 50 *Marium* -o perparvo ... in oras Africae ... pervenisse (*respic. fuga Marii ut*: Planc. 26). Cael. 35 accusatores ... convivia, ... symphonias, -a iactant. Att. 10, 11, 4 parvone -o committam? *al.* Lvcr. 4, 437. 6, 430 quaecumque in eo tum sint deprensa tumultu -a in summum veniant vexata periclum (*respic. periculum ventorum sim. ut e. g.* Verg. georg. 2, 107 ubi -is violentior incidit eurus. Sen. contr. 7, 1, 10 procellae spumante impetu latera -i urgent). Sall. hist. frg. 4, 28 Charybdis, mare verticosum, quod forte illata -a sorbens gurgitibus occultis *eqs.* (*item* sorbet -a *Charybdis*: Sen. dial. 6, 17, 2. Paneg. 2, 26, 4 cum plena -a sorbuerit, dicitur tamen reiectare naufragia. Clavd. Don. Aen. 3, 420 p. 323, 3). Hor. epist. 1, 1, 92 *pauper* conducto -o aeque nauseat ac locuples. Edict. praet. dig. 43, 12, 1 pr. *ne quid* in ripa eius *fluminis* inmittas, quo statio iterve -o deterior sit, fiat (-i *loco gemino* 43, 12, 1, 14; *nisi ad II, cf. interpr. p. 230, 44*). Sen. benef. 6, 7, 3 nec fluminibus gratias agimus, quamvis ... magna -a patiantur **(***cf.* Mela 1, 51 *Nilus* partim asper partim -a patiens. 3, 21 *Garumna non* maiora tantum -a tolerat. *item in descriptione aquarum e. g.* Sen. nat. 6, 7, 2 ineluctabiles -o paludes [*sim.* 6, 8, 4 aquae nec pediti eluctabiles nec -o].

*[Sannicandro]*

Plin. nat. 3, 51 Vmbro, -orum capax [*sim.* 5, 18]). nat. 4, 2, 11 nullum mediterraneis nisi per -a commercium est. Plin. nat. 9, 180 parvo -o ... piscator enavigat ... escamque proicit (*item respicitur piscatio p. 230, 31 sq. et e. g.* Vet. Lat. Ioh. 21, 6 [cod. 15 = Vvlg., *sim. al.*] mittite in dexteram -i rete, et invenietis [*gr.* τοῦ πλοίου, *cod. 4. al.* navis]. CIL VI 41382 [*ca. a. 400*] ⟨c⟩audicarii seu piscatores corporat⟨i urbi⟩s Romae, per quos amnicis nav⟨igiis alime⟩nta urbi devehuntur). *al.* -um Isidis *dicitur festum, quod nave in mare missa celebrabatur* III *Non. Martias, sc. initio temporis navigationi apti* (*cf. p. 236, 47*): Menol. Colot. Mart. (Inscr. Ital. XIII 2 p. 287). Lact. inst. 1, 11, 21 certus dies habetur in fastis, quo I. -um celebratur. Clavd. carm. min. app. 11 tit. **b** *in contextu militari* (*exempla selecta inde a* Liv.): Caes. Gall. 4, 26, 4 *Caesar* speculatoria -a militibus compleri iussit. 5, 8, 4 fuit militum virtus laudanda, qui vectoriis gravibusque -is ... longarum navium cursum adaequarunt. civ. 1, 56, 2 (*1* naves longas) multa huc minora -a addunt. 3, 28, 2 scaphis minoribusque -is (*cf.* Bell. Alex. 14, 4 minorum -orum et scapharum. 17, 3 *Caesar* cohortes ... in -a minora scaphasque imponit). *al.* Bell. Afr. 2, 5 *Caesar* vento certo celerique -o vectus. *al.* Alex. 9, 4 *milites* cum ... aquae inopia premerentur, -o actuario Caesarem faciunt certiorem. *al.* Sall. hist. frg. 2, 90 pauca piratica actuaria -a. Liv. 10, 2, 7 in leviora -a transgressa multitudo armatorum (*antea opp.* gravissimas navium). 30, 10, 14 speculatoriae naves ac levia alia -a. *al.* Cvrt. 4, 2, 21 Tyrii magnitudine molis ... conspecta levibus -is nondum commissum opus circumire coeperunt. 8, 13, 23 milites ... in terram refugerunt -is ratibusque desertis. *al.* *in ludis navalibus*: Tac. ann. 12, 56, 1 navale proelium adornatur, ut quondam Augustus structo ... stagno, sed levibus -is et minore copia ediderat. Avson. 14, 16 (385 S.), 21 festa aut -is aut quae celebrata quadrigis *eqs.*

**2** *constructio, forma sim.*: **a** *exempla varia*: Cic. de orat. 3, 180 quid tam in -o necessarium quam latera, quam cavernae, quam prora? nat. deor. 2, 152 *lignum* magnos ... usus adfert ad -a facienda. Lvcr. 5, 333 artes augescunt; nunc addita -is sunt multa (*item respic. progressus artis*: 5, 1448). Verg. georg. 2, 443 dant *silvae* utile lignum, -is pinūs *eqs.* Aen. 5, 753 flammis ... ambesa reponunt robora -is. Ov. met. 14, 553 mediis ... carina subdita -is. Cvrt. 9, 9, 13 clauda et inhabilia -a languide moliebantur. *al.* Colvm. 4, 3, 1 nonnulli strenue fabricant -a, nec consummata perinde instruunt armamentis ministrisque. Plin. nat. 13, 72 ex ipso ... papyro -a texunt. **b** *describuntur genera* (*cf. p. 230, 30 sqq.*): Clod. Lic. hist. 4 pristis – -um (*gen. plur.*) ea forma a marina bellua dicta est (*locum affert* Non. p. 535, 19 pristis, -i genus). Fest. p. 313 (*suppl. e* Pavlo) stlat⟨ta genus erat -i⟩ latum mag⟨is quam altum⟩. p. 334 (*suppl. e* Pavlo) ⟨schedia⟩ genus -i ⟨inconditum, trabibus tantum inter⟩ se conexis fac⟨tum⟩. p. 340 serilia Verrius appellari putat -a Histric[i]a ac Liburnica, quae lino ac sparto condensantur. Pavl. Fest. p. 96 gaulus genus -i paene rotundum. p. 147 myoparo genus -i ex duobus dissimilibus formatum. Gell. 10, 25, 1 -orum genera et nomina ... conquirere. Non. p. 532, 24 celox est -um breve. p. 533, 11 corbita est genus -i tardum et grave. *al.* **c** *iunguntur -a, ut fiat pons sim.*: Amm. 26, 8, 9 coniunctis tribus -is testudinem ... superstruxit. 30, 5, 13 *Valentinianus* castra commovit -isque ... coniunctis et contabulato ... ponte per partem aliam transiit.

**B** *translate vel in imag., compar.; similis est*: **1** *actio vel status; pertinet ad*: **a** *statum rei publicae sim.*: Cic. Balb. 61 *non* esse inconstantis puto sententiam tamquam aliquod -um atque cursum ex rei publicae tempestate moderari. Att. 15, 11, 3 (*post conloquium cum Bruto et Cassio*) prorsus dissolutum offendi -um vel potius dissipatum. Liv. 44, 22, 12 monendi imperatores sunt ... ab iis, qui intersunt gerendis rebus, ... qui in eodem velut -o participes sunt periculi. **b** *motum localem*: Ov. epist. 18, 148 (*loq. Leander*) idem -um, navita, vector ero. Ps. Avg. serm. ed. Mai 168, 3 illi *angelo* ... per auras alarum velificante -o crocea lacertorum fulgebat extensio. **c** *amoris voluptates*: Apvl. met. 2, 11, 3 hac ... sitarchia -um *Veneris* indiget sola, ut in nocte pervigili et oleo lucerna et vino calix abundet (Inscr. Rev. Archéol. de l'Est 50, 1999/2000, 270 [*in vase iuxta imag. rei amatoriae in nave actae; saec. III*]). Inscr. Année Épigr. 1982 n. 712, 19 (*in vase iuxta imag. rei amatoriae*) -um A⟨moris⟩. **d** *fidem christianam*: Ambr. Cain et Ab. 1, 3, 11 in quosdam portus quietos lassae -um animae subducere. Hier. epist. 24, 4, 2 *sancta quaedam* in quadragesima -i sui vela tendebat omnes paene ebdomadas ... coniungens. Avg. in euang. Ioh. 37, 6 gubernet catholicus ... fidei suae -um (*sim.* Qvodv. grat. 1, 11, 1). serm. 249, 2 implentur -a duo propter populos duos de circumcisione et praeputio (*sim.* 252A, 2 coll. Morin p. 712, 22 duo ... -a, id est duae naviculae, quae tunc impletae sunt, significaverunt de circumcisione et praeputio venientes, id est de Iudaeis et gentibus collectam ecclesiam. *al.*). Petr. Chrys. serm. 17, 1 dominus ... transfretat mare, hoc est, fluctuantis mundi terminos corporis nostri -o transmittit (*cf.* 60, 2 -a corporum quadragesimae sunt iam recurata ieiunio). *al.*

**2** *forma*: Plin. nat. 36, 119 (*agitur de theatris versatilibus*) ecce populus Romanus universus, veluti duobus -is impositus, binis cardinibus sustinetur.

*appendix iuncturarum selectarum* (*ad I*): **1** *verbalium*: *abl.* -o, -is: navigare *v. p. 234, 18 sq.*, vehi Bell. Afr. 2, 5 Svet. Vit. 10, 2 Amm. 17, 1, 7. 24, 1, 15. *al.* (*cf. e. g.* circumvehi Cvrt. 9, 4, 8 Heges. 4, 27, 1 p. 284, 7, provehi Plin. nat. 37, 3, vectari Pavl. Nol. carm. 31, 123), venire Cic. Verr. II 2, 99. Vet. Lat. Ioh. 21, 8 (cod. 4. *al.* = Vvlg.; *gr.* τῷ πλοιαρίῳ). Lact. inst. 1, 13, 6 (*cf.* advenire Pavl. Nol. carm. 32, 73 Cassiod. hist. 10, 14, 16, pervenire Cic. Sest. 50 Veg. mil. 4, 31, 4. *al.*). *acc.* -um, -a: a(d)scendere Plin. nat. 9, 10 Heges. 3, 20, 1. 3, 25, 3. *al.* (*cf.* conscendere Bell. Afr. 34, 2 Sen. nat. 4, 2, 6 Cvrt. 4, 4, 5. *al.*, escendere Amm. 16, 12, 58), complere Caes. Gall. 4, 26, 4 Liv. 10, 2, 12. 41, 3, 2 Frontin. strat. 2, 9, 9, mergere Plin. nat. 2, 101. 8, 208. *al.* (*cf.* dermergere Bell. Alex. 31, 6 Cvrt. 10, 1, 12 Plin. nat. 32, 15, submergere Cvrt. 9, 4, 11), regere Sen. dial. 1, 5, 9 Cvrt. 4, 3, 18. 4, 11, 8 Petron. 101, 4 Clavd. Don. Aen. 3, 205 p. 294, 3 (*cf.* dirigere Val. Max. 9, 8, 2 Iren. 3, 14, 1), sorbere *p. 228, 66 sqq. et* Sen. epist. 4, 7.

**2** *nominalium*: **a** *accedit adi.; spectat ad: magnitudinem*: exiguum Ivst. 2, 13, 10 Rvfin. Orig. in gen. 9, 1 p. 86, 19. *al.*, grave Caes. Gall. 5, 8, 4 Sen. nat. 6, 6, 1, ingens Plin. epist. 3, 16, 9, leve Liv. 10, 2, 7 (*compar. ut* 33, 19, 10. *al.*). 30, 10, 14 Cvrt. 4, 2, 21. *al.*, magnum Cic. de orat. 1, 237 Sen. benef. 6, 7, 3. *al.*, minutum Cic. Att. 16, 1, 3, parvum Cic. de orat. 1, 237 Att. 10, 11, 4. Caes. civ. 1, 56, 2 (*compar. ut* 3, 28, 2. *al.*). Bell. Alex. 47, 4. *al.* (*cf.* parvulum Cic. Verr. II 2, 99 Bell. Alex. 12, 4 Afr. 34, 2. *al.*, perparvum Cic. Sest. 50). *virtutes, vitia*: celer Bell. Afr. 2, 5, claudum Lvcr. 4, 437 Cvrt. 9, 9, 11, dissolutum Cic. Att. 15, 11, 3, luculentum Cic. Att. 16, 4, 4, pervetus Sen. contr. 7, 1, 8, probum Cic. ac. 2, 100, putre Sen. contr. 7, 1, 8, velox Amm. 17, 1, 4 Cassiod. var. 1, 35, 2. *genus*: actuarium Caes. civ. 1, 27, 6 Bell. Alex. 9, 4 Sall. hist. frg. 2, 90, amnicum CIL VI 41382 (*ca. a. 400; cf. p. 228, 40*), piscatorium Qvint. inst. 6, 3, 41 Non. p. 534, 29. Heges. 3, 3, 6 (*gr. 2, 635* σκάφη), speculatorium Caes. Gall. 4, 26, 4 Flor. epit. 4, 2, 37 Isid. orig. 19, 1, 18, vectorium Caes. Gall. 5, 8, 4. **b** *pendet gen.* -i, -orum *e subst.; respicitur:* *homo*: dominus Petron. 100, 7. 101, 4, dux Lact. inst. 6, 8, 5, magister Amm. 22, 6, 4, rector Sen. dial. 6, 6, 3 epist. 85, 34. 108, 37, turba Petron. 108, 7. *iter*: cursus Cic. nat. deor. 2, 87 Sen. epist. 90, 24 Plin. nat. 13, 70 Ambr. in psalm. 118 serm. 8, 39, 2. *al.* (*cf.* excursus Bell. Alex. 19, 2 Heges. 3, 26, 3), evectus Plin. nat. 18, 28 (*nisi ad II*), incessus Petr. Chrys. serm. 8, 1.

**II** *i. q. navigatio* (*respic. itinera singula e. g. l. 52. 54 sqq., ars navigandi sim. l. 51. 63; gr. respondet* πλοῦς *praeter l. 68; exempla potiora*): **A** *testimonia*: Vlp. dig. 43, 12, 1, 14 'iter ... -i deterius *ne* fiat' (*v. p. 228, 70*); hoc, *sc. -um, ut vid.*, pro navigatione positum est; ⌊immo⌋ -um solemus dicere etiam ipsam navem ...; -i appellatione etiam rates continentur (⌊ ⌋ *priora ut sententiam alienam notare vid.; cetera ad I pertinent*). Gloss. -um: πλοῦς. **B** *usus auctorum* (*addasne* Cic. *p. 228, 52?*): Rhet. Her. 4, 44, 57 uti contemnendus est, qui in -o (navigando *var. l. et pars edd.*) navem quam se ⟨non⟩ mavult incolumem, item vituperandus, qui in rei publicae discrimine suae ... saluti consulit. Lvcr. 5, 1006 (*interpol.?*) improba -i ratio tum caeca iacebat. Apvl. met. 2, 12, 4 qui *dies* -is oportunus. Scaev. dig. 45, 1, 122, 1 *pecunia credita est* in omnes -i dies. *ibid.* (*loco corrupto*) in Syriam per -um *proficisci. ibid.* pecuniam *reddere* quasi perfecto -o. Cod. Iust. 4, 33, 4 (*a. 284/92*) te nauticum fenus ea condicione dedisse, ut post -um ... in ... portum nave delata fenebris pecunia tibi redderetur *eqs. ibid.* -i ... periculum. Chronogr. a. 354 chron. I p. 44, 16 viam -um ingredi, navem in aquam deducere utile est (*eadem verba* p. 47, 12). Ps. Avr. Vict. orig. 10, 4 taedio longi -i. Tract. in Luc. 5, 2 *naves,* in quibus naut(a)e remigantes et piscatores superfluum -um vacuumque digesserant artificium. Dict. 2, 4 nostros multorum dierum -o exhaustos. 2, 10 ubi ... mare -i patiens. Ambr. in psalm. 118 serm. 9, 2, 2 *subire* incerta -i. Rvt. Nam. 1, 541 tempora -i clarus reparaverat Eurus. Vict. Vit. 1, 26 insuetudo -i. Avell. 87, 1 (*a. 535*) inter -i suscipiendi moras. Marcell. auct. chron. II p. 104, 535, 1 recto ... -o Siciliam properat. *ibid.* remenso ... -o Trinacriam redit. Cassiod. hist. 1, 7, 6 Argonautae ... non eodem -o in regressione sunt usi. Ios. antiq. 8, 181 p. 233 -um euntes et redeuntes tribus annis implebant. Prisc. periheg. 245 -is populus duris ... aptus (*gr. 262* ναυτιλίῃς). Greg. M. epist. 9, 19 l. 17 tu ... inventa -i prosperitate revertere (*sim.* 9, 125 l. 12). Pass. Petr. Paul. long. 4 -i fatigationibus. *al.*

*deriv.*: navigiarius, navigiolum. *Sannicandro.*

※**nāvigo,** -āvī, -ātum, -āre. [*a* navem agere, *v. Forssman, Gnomon 44, 1972, 671. Mei.*] *scribitur* -vic- Vet. Lat. act. 15, 39 (cod. 50), -big- Inscr. christ. urb. Rom. 12973. 20100, -bic- Inscr. Bonner Stud. 1890, 233 n. 21 (*in tab. lusoria*); *c. apice* náv- CIL XIII 2002 (*saec.*

*[Hajdú]*

*I/II?*). *notatur* navig CIL XIII 1954, 6 (*saec. II*). Not. Tir. 109, 64 -at (130, 26). *forma depon.* -atur Iord. Get. 149 (-at *var. l. et pars edd.*). *de notione*: Gloss. I p. 302 lintrizo: -o. II 375, 19 ναυτίλλομαι: -o. 409, 31 πλέω: -o. III 73, 41 ἀποπλέω: -o. IV 454, 7 -bant: vela (bella *var. l.*) dabant. Gloss.[L] I Ansil. ve 90 velificant: -ant. *sim. al.; cf. p. 234, 27.* *legitur inde a* Plavto, Ter., Varrone, Cic. [*it. vet.* navicare, *rec.* navigare, *francog. vet.* nagier, *rec.* nager, *wall.* naví, *cat., hisp., port.* navegar; *tusc.* (*Pistoriae*) navicare, *norm., deinde francog. med. et rec.* nager *'natare, fluitare' (de qua notione v. infra sub IIB); tusc.* navecá, navechêre *'delirare'; umbr.* navigá *'deambulare'; abrut.* nəvəká, navəká, navəkəgá, *sard.* (in)naigare *'vacillare' (de otiosis, ambulantibus sim.). cf. M.-L. 5861 et Faré, Postille. Battisti-Alessio IV 2556. Cortelazzo-Zolli[2] 1028. Wagner II 154. Wartburg VII 61 sqq. Coromines V 886. Corominas-Pascual IV 219. Machado[3] IV 199. Schd.-Cr.*] [*confunditur in codd. c.* negare Sen. contr. 2, 1, 4. 2, 6, 3. 7, 1, 7, navigator Manil. 5, 583 Hier. epist. 14, 6, 2, navigium *p. 230, 48.*]

*i. q.* πλεῖν (*quod gr. plerumque respondet neque infra notatur*); *is, qui (id, quod) -at*: **I** *navi vehitur* (*saepe respic. itinera singula, sed hic illic modus vivendi, negotii genus sim., e. g. l. 28. 54. p. 232, 6. 12; pertinet potius ad profectionem e. g. l. 56. p. 232, 25. 31, iuxta* proficisci *e. g.* Cypr. mortal. 20 Pass. Thom. 14, *respondente gr.* ἀνάγεσθαι Vet. Lat. act. 16, 11 [cod. 50. *al.* = Vvlg.]. *al.*, ἀποπλεῖν act. 20, 15 [cod. 50 = Vvlg.]. *al.*, ἐκπλεῖν 20, 6 [*ibid.*]): **A** *sine obi.; -ant*: **1** *homines* (*deus e. g. l. 68, classis p. 232, 23 sq.*): **a** *in universum* (*-at qui vehitur tantum e. g. l. 45 sqq., gubernator vel nauta e. g. l. 41. 44. 60. 73 [sed opp.* gubernator *l. 60], navis dominus e. g. l. 34 [sed opp.* dominus *l. 48], mercator e. g. l. 34. 50; exempla selecta inde a* Celso): Plavt. Bacch. 343 censebam me ecfugisse a vita marituma, ne -rem tandem hoc aetatis senex. 775 quam mox -o in Ephesum, ut aurum repetam ab Theotimo domum? Ter. Hec. 417 -are incommodumst. Varro frg. Serv. Aen. auct. 1, 108 si utramque *insulam* ex conspectu amiserunt, sciunt periculose se -are. rust. 1, 2, 4 in Oceano in ea parte ne -ari quidem posse dicunt propter mare congelatum. 1, 16, 6 flumina ..., qua -ari possit. Cic. inv. 2, 153 cum iam in alto -rent *navis dominus et mercator.* Verr. II 2, 95 *qui* satis ... feliciter anni iam adverso tempore -asset (*cf. l. 36 sqq. p. 232, 29. 233, 32*). Manil. 31 quis -vit, qui non se aut mortis aut servitutis periculo committeret, cum aut hieme aut referto praedonum mari -ret? (Att. 8, 3, 5 infero mari nobis, incerto cursu, h. maxima -andum est. fam. 13, 60, 2 quod pro salute mea ... saepe h. summa -rit *quidam.* 16, 12, 6 cave ... committas, ut aut aeger aut h. -es. Sen. benef. 7, 15, 1 me ... -asse h. tam saeva per infesta latrociniis litora. Hier. epist. 39, 5, 5 ingrediente iam h. *cf. l. 34*). fin. 1, 42 quia *gubernatoris ars* bene -andi rationem habet. ac. 2, 100 conscendens navem sapiens, num conprehensum animo habet ... se ex sententia -turum? (Att. 5, 21, 1). Tusc. 3, 52 tempestas ... terret -antes. Cato 17 si qui gubernatorem in -ando nihil agere dicant. nat. deor. 3, 89 cum ei *Diagorae* -anti vectores ... dicerent *eqs.* div. 2, 134 Simonides vetitus est -are. off. 3, 89 -antem in alto eicere de navi *non licet. ibid.* quoad enim perventum est eo, quo sumpta navis est, non domini est navis, sed -antium. *al.* Caes. Gall. 5, 6, 3 quod insuetus -andi mare timeret *Dumnorix. al.* Hor. epist. 1, 16, 71 -et ac mediis hiemet mercator in undis. Ov. met. 1, 296. Liv. 29, 17, 12 quales *beluae* fretum quondam ... ad perniciem -antium circumsedisse fabulae ferunt. Vitr. 10, 9, 1. Fest. p. 190 -antibus maxime utiles ... sunt portus. p. 329 qui *Salentini* cum Locrensibus -antes societatem fecerint. *al.* Sen. contr. 2, 6, 3 'senex luxuriaris'; respondeo tibi: adulescens enim -vi. suas. 1, 4 an ... in hos, per quos -atur, sinus ... exaestuet *Oceanus. al.* Val. Max. 1, 7 ext. 3 admonitus *Simonides* ..., ne proximo die -ret. *al.* Cels. 1, 3, 11 qui -vit et nausea pressus est. Sab. Macr. Sat. 3, 6, 11 *mercator* decimam Herculi profanavit; postea, cum -ans hoc idem ageret, *eqs.* Sen. benef. 2, 31, 3 bene -vit, qui, quem destinavit, portum tenuit. epist. 30, 3 magnus gubernator et scisso -at velo. 85, 34 non tamquam gubernatori, sed tamquam -anti nocet *difficultas.* Cvrt. 7, 4, 28 -antium modo noctu sidera *observare.* Colvm. 12 praef. 2 vel rusticari vel -are vel etiam genere alio negotiari necesse erat. Petron. 48, 3 coniungere agellis Siciliam volo, ut cum Africam libuerit ire, per meos fines -em. Plin. nat. 2, 101 antemnis -antium ... ceu vocali quodam sono insistunt *fulgores.* 2, 118 inmensa multitudo aperto ... mari ... -at, sed lucri, non scientiae gratia. CIL IV 1410 ut bene -et. Stat. Theb. 8, 270 solus stat puppe magister pervigil inscriptaque deus qui -at alno. Qvint. decl. 259 them. dives cum amico ... -bat (*item indicantur comites*: Porph. Hor. carm. 3, 2, 26 cum his. Dict. 6, 9 secum. *al.; cf. p. 232, 37*). Plin. epist. 9, 33, 3 omnis hic aetas piscandi, -andi atque etiam natandi studio tenetur. Pavl. dig. 8, 3, 23, 1 si lacus perpetuus in fundo tuo est, -andi quoque servitus, ut perveniatur ad fundum vicinum, imponi potest. 14, 2, 10, 1 si ... nauta publice retentus -are cum tuis mercibus prohibitus fuerit. *ibid.* nautam morbo impeditum -are non potuisse. Prob. Verg. georg. 1, 205 tam agrestibus observanda esse caelestia signa, quam -antibus. Evstath. Basil. hex. 6, 4, 10 possunt ... -turi intra portum retinere classem futura pericula praevidentes (*gr. p. 125*[C] τῷ πλωτῆρι). Reg. eccl. Carth. l. 385 placuit, ut nullus episcoporum -et sine formata primatis. CIL VI 36101 Philoromaeu⟨s⟩ anima bona, -vit bis, vixit annos duob(us). VIII 19146 (*vix ante saec. II*) multis annis -ando et peregrinando hanc sede(m) pet(ivi). *al.* *in imag. vel compar.*: Ter. Andr. 480 nunc huius periclo fit, ego in portu -o (*i. 'tutus sum'; sim. al., v. vol. X 2, 64, 12 sqq.; addas* Ambr. epist. 5, 26, 1). Cic. or. frg. B 13 ita pessum dare alterum velle, ut etiam navem perforet, in qua ipse -et. Ov. rem. 14 si quis amat, quod amare iuvat, ... gaudeat et vento -et ille suo. Sen. contr. 2 praef. 4 (*antea: fratres tui* foro ... se ... parant) duobus filiis -antibus te in portu retineo. Avg. serm. 252, 2 (*antea*: an non est mare hoc saeculum?) an parva pericula sunt -antium, id est in ligno crucis patriam caelestem quaerentium? soliloq. 1, 4, 9 citius mihi videtur in terra posse -ari quam geometricam sensibus percipi. Vita Hil. Arel. 26 l. 14 -vimus per vitae istius pelagus. *al.*

**b** *in re militari et in re publica*: **α** *vario usu*: Cic. Verr. II 1, 87 hoc illi *Sertorii socii* navigio ad omnes populi Romani hostes usque ab Dianio ... ad Sinopam ... -verunt. 5, 50 hi *Mamertini* ne in freto ante sua tecta et domos -rent, ne sua moenia portusque defenderent. 5, 80 praetores ... in tanto praedonum metu ... ipsi -are *consuerunt.* 5, 138 in eo *portu* te praetore primum piratae -verunt. Flacc. 27 quod nulla hoc praetore classis -arit (30. 32. R. Gest. div. Aug. 26 [*v. p. 233, 73*]. Plin. nat. 6, 100. 16, 192. *al.; cf.* Cic. Flacc. 32 pars c.). div. 1, 29 P. Claudius ... *et* L. Iunius classis maxumas perdiderunt, cum vitio -assent (*de eisdem*: 2, 71 contra auspicia -verunt). *al.* Caes. Gall. 3, 12, 5 summa ... erat ... difficultas -andi. 4, 23, 1 idoneam ad -andum tempestatem. *al.* Bell. Afr. 1, 3 ut tempestates ad -andum idoneas non haberet. Alex. 10, 4 quas *naves* paratas habuerant ad -andum. 64, 2 adverso tempore -andi navem conscendit (*cf. p. 231, 34*). *al.* Sall. hist. frg. 3, 8 forte in -ando cohors una ... a ceteris deerravit. Verg. Aen. 4, 237 (*Iuppiter Mercurio*) -et *Aeneas*: haec summa est. Liv. 21, 50, 11. *et saepe.* Sen. suas. 2, 21 iam Xerxes ad nos suo mari -at. Val. Max. 1, 1 ext. 1 cum onustus nefaria praeda -ret *Pyrrhus.* Cvrt. 7, 9, 6 ingens -antes terror invaserat. *al.* Qvint. inst. 7, 2, 3 quare ad Troiam quinquaginta reges -verint. Frontin. strat. 1, 4, 12. 1, 5, 5. Plin. epist. 10, 15 nuntio tibi me Ephesum cum omnibus meis ὑπὲρ Μαλέαν -asse (*item indicantur comites*: Clavd. Don. Aen. 1, 45 p. 21, 7 quo *tempore* Aeneas cum suis -bat. *cf. p. 231, 69*). *al.* **β** *indicatis copiis comitantibus: per praepos.* cum: Cic. Verr. II 5, 97 hic te praetore Heracleo pirata cum quattuor myoparonibus parvis ad arbitrium suum -vit. dom. 24 (*in imag.*) cum senatum a gubernaculis deiecisses ..., ipse archipirata cum grege praedonum impurissimo plenissimis velis -res. Veg. mil. 4, 39, 10 quando exercitus -at cum liburnis. *per abl. instr.* (*cf. p. 234, 17*): Cic. Verr. II 5, 63 cum P. Caesetius et P. Tadius decem navibus suis semiplenis -rent (*addε l. 46*). Flacc. 32 hac classe M. Crassus ... ab Aeno in Asiam, his navibus Flaccus ex Asia in Macedoniam -vit (Att. 10, 8, 4 maximis c. Sall. or. Cottae 7 c. ... minore quam antea. Liv. 33, 41, 5 omni c. *al.*). Liv. 30, 13, 4 duabus quinqueremibus.

**2** *res*: **a** *incorporeae*: Cic. Manil. 34 quis ... tam brevi tempore tot loca adire ... potuit, quam celeriter Cn. Pompeio duce tanti belli impetus -vit? Flor. epit. 2, 2, 17 Marco Atilio Regulo duce iam in Africam -bat bellum (Salv. gub. 6, 68 -are per fluctus b. coeperunt. Sidon. carm. 23, 262 per te bene pace restituta non ultra mihi b. -rent). 2, 8, 1 ut ... ab Europa in Asiam ... imperium *Romanum* procederet et cum terrarum orbis situ ipse ordo victoriarum -ret. Cypr. epist. 59, 11, 2 *quidam* Romam cum mendaciorum suorum merce -verunt, quasi veritas post eos -are non posset. **b** *corporeae*: Stat. silv. 3, 4, 82 patrias nunc solus crinis ad oras -et. Mod. dig. 22, 2, 1 utrum ... ipsae *merces* periculo creditoris -ent (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 3, 7 [*in exemplo*] peregrinae m. tantum volentibus -ent: balsamum ... rustici non emant). Hier. epist. 10, 3, 3 si hoc munusculum, *i. vita Pauli Thebaei,* placuerit, habemus etiam alia condita, quae cum plurimis orientalibus mercibus ad te ... -bunt. Avg. c. Iulian. 2, 10, 37 qui *liber* -are possit ad homines.

**B** *cum obi. indicante*: **1** *locum vel spatium* (*formae pass. saepe adhibentur, ut indicetur locum navigabilem esse, e. g. l. 74 sqq.*): **a** *locum* (*cf. p. 233, 26. 52*): Cic. fin. 2, 112 cum *Xerxes* tantis classibus ... Hellesponto iuncto, Athone perfosso maria ambulavisset, terram -visset (mari ... terra *coni. Baiter*). Verg. Aen. 1, 67 gens inimica mihi Tyrrhenum -at aequor (Ov. met. 15, 50). Sen. contr. 7, 7, 19 deliberat Alexander, an Oceanum -et (suas. 1, 1 O. -ari non potest. *al.* Plin. nat. 2, 167 Svet. Claud. 1, 2 Ampel. 47, 6. *al.*). Sen. nat. 4, 2, 22 -vi ... Atlanticum mare (Mela 2, 26 ex Asia in Graeciam pedes et non -ta maria transgressus est *exercitus Xerxis.* Plin. nat. 14, 118 mari -to. Qvint. inst. 1, 4, 28 Gell. 19, 1, 1. *al.*). Mela 1, 50 *non* statim -ari facilis *est Nilus* (*item c. nomine fluminis*: 1, 79 Cestros -ari facilis. Plin. nat. 4, 14 *Alpheus* -atur vi

[*Hajdú*]

(milia) p(assuum) [*item indicatur etiam spatium*: 5, 84 *Euphrates* -atur Sartonam L (milia). 6, 13]. *al.*). Plin. nat. 2, 168 magna pars meridiani sinus -atur (*adde l. 5*). 36, 104 (*respic. cloacae*) urbe pensili subterque -ta. Stat. silv. 4, 3, 113 -et Lucrinum. Tac. Germ. 34, 1 Romanis classibus -tos *lacus.* Vet. Lat. act. 27, 5 (cod. 55, *sim.* Vvlg.) sinum Cili⟨ci⟩um et Pamphilium pelagum ([*gr.* διαπλεύσαντες]. Firm. math. 5, 1, 24 Paschas. verba patr. 12, 1. *al.; cf. l. 11*). Pass. Fel. rec. V 27 fretum. Firm. math. 5, 1, 24 fluvium (5, 3, 20. 5, 4, 20). Amm. 21, 9, 2 -ari posse ... flumen. *al.* *in imag. ad vitam pertinente* (*cf. p. 232, 16*): Rvfin. epist. Clement. 15, 4 immane profundum mundi istius et vitae humanae pelagus -antes ([*gr.* παραπλέοντες]. Orig. in Rom. 10, 5 l. 59 mundi huius fluctus et vitae p. *cf. l. 6sq.*). Orig. in Rom. 10, 5 l. 62 -antes vitae huius undas. Conc.[S] II 5 p. 25, 2 adversarius non sinit praesentem sine fluctuatione -are nos vitam. **b** *spatium* (*adde l. 1sq.*): Plin. nat. 6, 60 Alexandrum nullo die minus stadia DC -asse Indo. 6, 102 *tot* (milia) p(assuum). 6, 124. 145. 203.

**2** *res -ando comparatas*: Sall. Catil. 2, 7 quae homines arant -ant aedificant, virtuti omnia parent (*sunt, qui ad 1 trahant*).

**3** *navem, qua -atur*: Vlp. dig. 4, 9, 1, 2 qui navis -andae causa in nave sint (*eadem verba* 14, 1, 1, 2). Cassiod. var. 5, 17, 1 ut paene quanta velocitate -ari solet constructio navium, tanta sit celeritate completa.

**II** *se in aqua movet; -ant*: **A** *naves* (*adventus navium l. 36*): Cic. Verr. II 3, 186 in portu Syracusano piraticus myoparo -vit. 5, 59 navem, quae contra praedones, non quae cum praeda -ret. Valg. carm. frg. 3 fossae qua iungunt ora Padusam, -at *navis* Alpini flumina magna Padi (*item c. obi.*: Ps. Hier. epist. 18, 3 p. 184[D] navis ... cito ..., si ⌊periculosa⌋ -at, perforatur [⌊ ⌋ -se *ed. Migne,* -sa *cod. optimus, cf. Morin, Bull. d'anc. litt. 1913, 56 l. 80*]. Ioh. Bicl. chron. II p. 214, 576, 5 navibus litora Thraciae -antibus. *cf. IB1a*). Manil. 5, 13 *Argo,* ratis heroum, quae nunc quoque -at astris. Mela 1, 55 Moeris ... altior quam ad -andum magnis onustisque navibus satis est. Ivlian. dig. 14, 2, 6 navis ... Ostiam -vit. Gaivs dig. 6, 1, 36, 1 qui navem ... ⌊adverso tempore⌋ -tum misit ([⌊ ⌋ *cf. p. 231, 34*]. Vlp. frg. Vat. 72, 2). Scaev. dig. 50, 5, 3 donec hae naves -ant. Vlp. dig. 7, 1, 12, 1 navis ... ad hoc paratur, ut -et. 47, 5, 1, 1 qui *nautae* adhibentur, ut navis -et. Pavl. sent. 2, 14, 3 quamdiu -at navis. Avson. 24, 127 (297, 21 S.) toto tibi, *sc. Narboni,* -at orbe cataplus. Act. Petr. 5 invenies navem paratam -antem in Italiam. *al.* *in imagine vel in compar.*: Ov. ars 2, 10 quid properas, iuvenis? mediis tua pinus in undis -at et longe, quem peto, portus abest. fast. 2, 864 venimus in portum libro cum mense peracto; -et hinc alia iam mihi linter aqua. Manil. 5, 36 nunc quoque *Aries* vicinam puppi[m], ceu -et, Argo ... ducit ... per astra. Ambr. in Luc. 9, 32 sedata tempestas est, concordia -at, fides spirat, certatim nautae repetunt fidei, quos reliquere, portus. Chromat. in Matth. 42, 6 -at *ecclesia* ... instructa fidei gubernaculo felici cursu per huius saeculi mare. **B** *homines, animalia, arbores natantes*: Ov. epist. 19, 47 iam certe -at *Leander* ... lentaque dimotis bracchia iactat aquis. Plin. nat. 9, 88 ut *nautilos* emissa omni ... aqua velut exoneratus sentina facile -et. 9, 103 -ant ... Veneriae *conchae.* 16, 5 propulsae flatibus *quercus* vastas complexu radicum insulas secum auferunt atque ita libratae stantes -ant.
**C** *ipsi fluctus*: Manil. 5, 583 circumsonat aequor dentibus *monstri* inque ipso rapidum mare -at ore. Sidon. carm. 7, 397 *mari in ostium fluvii intrante* salsa peregrinum sibi -at unda profundum (*c. obi., cf. IB1a*).

*appendix syntactica; indicatur*: **1** *quo eatur, per*: **a** *praepos.*: in *c. acc.*: Plavt. *p. 231, 28. et saepe* (in *homines*: Ivst. 12, 9, 3 in Mandros et Sudracas). ad: Cic. Verr. II 1, 87 ad omnes populi Romani hostes (*item ad homines*: Att. 6, 2, 1 ad te. Liv. 25, 27, 7 ad Bomilcarem. *al.*). fam. 3, 6, 1 ad Sidam (*item ad loca*: R. Gest. div. Aug. 26. Liv. 37, 9, 8 ad Hellesponti fauces. *al.*). *varias*: Svlp. Rvf. Cic. fam. 4, 5, 4 Megaram versus (*cf.* 4, 12, 1 in Italiam versus). Sen. nat. 5, 10, 1 contra ortum. Plin. nat. 6, 175 Gadis usque (Itin. Anton. Aug. p. 126, 6). *al.* **b** *adv. vel pron.*: Cic. Verr. II 5, 170 ultro citroque (*cf.* Val. Max. 9, 8 ext. 1 ultra citraque). Liv. 35, 41, 6 ut -ret, quo senatus censuisset. Sen. epist. 53, 4 quocumque (Iren. 4, 30, 3). Svet. Claud. 17, 2 huc. *al.* **c** *acc. nudum*: Cic. nat. deor. 3, 83 Syracusas. fam. 16, 9, 1 Corcyram. Hor. sat. 2, 3, 166 Anticyram. Prop. 2, 16, 10 alias iterum -et Illyrias. Liv. 31, 45, 2 Andrum. 36, 42, 4 Peloponnesum. *al.*

**2** *ubi vel qua via (e. g. l. 73. 75sqq. p. 234, 5) eatur, per*: **a** *praepos.*: Ter. Andr. 480 in portu (Cic. inv. 2, 153 in alto. Verr. II 3, 186. *al.*). Cic. Verr. II 5, 50 ante sua tecta. Flacc. 32 ut una pars *classis* supra Ephesum, altera infra Ephesum -ret (Svlp. Rvf. Cic. fam. 4, 12, 1 s. Maleas [super *coni. Wesenberg, cf. l. 75*]. Ov. met. 1, 296 s. ... mersae culmina villae. Sen. nat. 6, 32, 8 s. oppida *mersa*). Lent. Cic. fam. 12, 15, 2 per insulas (R. Gest. div. Aug. 26 cla⟨ssis m⟩ea p⟨er Oceanum⟩ ... -vit [*gr.* διὰ Ὠκεανοῦ ... διέπλευσεν]. Liv. 31, 15, 8. *al.*). Liv. 28, 8, 11 praeter terram Atticam (Plin. nat. 6, 175). *ibid.* super Sunium (31, 47, 2 s. Maleum. *cf.* Plin. epist. 10, 15 ὑπὲρ Μαλέαν). 38, 38, 9 ne -ato citra Calycadnum. *al.* **b** *abl. nudum*: Cic. Manil. 31 referto praedonum mari (Att. 8, 3, 5 infero m. *et saepe*). Tusc. 3, 67 (vers.) aerumnoso ... salo. Bell. Alex. 45, 1 qua regione. Ov. fast. 2, 864 alia ... aqua. Liv. 44, 31, 10 flumine Barbanna (Vlp. dig. 43, 14, 1, 1). 45, 12, 1 ostio Nili. *al.* **c** *adv.*: Varro rust. 1, 16, 6 flumina ..., qua -ari possit. Plin. nat. 36, 104 subter (*v. p. 233, 3*). Vvlg. act. 27, 8 iuxta -antes (*gr.* παραλεγόμενοι αὐτήν, *sc. Cretam*).

**3** *unde eatur, per*: **a** *praepos.*: Cic. Verr. II 5, 146 quibus ex locis (5, 157 usque ex ultima Syria. *al.*). Flacc. 32 ab Aeno (Svlp. Rvf. Cic. fam. 4, 5, 4 ab Aegina. *al.*). Mart. 7, 30, 4 de Pharia ... urbe (Scaev. dig. 19, 2, 61, 1 de provincia Cyrenensi. Iord. Get. 149). **b** *abl. nudum*: Cic. fam. 7, 19 Velia. Caes. civ. 3, 107, 1 Alexandria. **c** *adv. vel pron.*: Cic. fam. 16, 7 istim. Ov. fast. 2, 864 hinc. Liv. 21, 50, 11 inde (Plin. nat. 6, 104 Iren. 3, 14, 1. *al.*). Amm. 21, 9, 2 unde. Mart. Cap. 6, 622 undiquesecus.

**4** *navigium, per*: **a** *abl. instr.* (*locos, qui ad copias spectant, tractavimus p. 232, 43sqq.*): Cic. Verr. II 1, 87 hoc ... navigio (Plin. nat. 4, 104. 6, 13). Att. 10, 11, 4 illo Rhodiorum ἀφράκτῳ. Caes. Gall. 3, 8, 1 quibus *navibus* (4, 31, 3. *al., v. p. 242, 35sqq.*). Plin. nat. 7, 206 ratibus (Qvint. inst. 10, 2, 7). *al.* **b** in *c. abl.*: Cic. Sest. 45 mihi in aliqua nave cum meis amicis -anti (or. frg. B 13 Pavl. dig. 14, 2, 2, 2. *al.*). Sen. contr. 7, 1, 8 in naufragio -bat. Ps. Orig. hom. in Matth. 3, 3 p. 260, 2 in fidei navicula.

*part. praes.* ※**nāvigāns,** -antis *pro subst. masc. vel adi. hic illic inde a* Cic., *e. g. p. 231, 44. 48. 52. 61; speciatim respiciuntur in titulis saepius naucleri* (*cf.* Gloss. -ans: triarchus): CIL XIII 2002 (*saec. I/II?*) omnibus -bus (denarios) III dedit. 1954, 6 (*saec. II*) nautae Arare navig(antes) (*sim.* 1966, 4 [*saec. II ex.*]. 1996, 5 [*saec. II/III?*]). XIV 4301, 8 (*saec. II*[2]*; in actis tauroboliorum Ostiensium, ut* 42 [*saec. III med.*]). VI 1624, 11 (*a. 247*) codicarii navicularii et quinq(ue) corp(orum) -es, *sc. posuerunt.* *al.*

*deriv.*: navigabilis, navigatio, navigator, navigium; *cf.* ?nago.

*compos.*: ad-, circum-, de- (*v. Inscr. Année Épigr. 1956 n. 124, 6*), e-, in-, inter-, per-, prae-, praeter-, re-, sub-, super-, transnavigo. *Hajdú.*

**navilio** *v.* nablio. **nāvīlis** *v.* navalis. **nāvīna** *v.* napina.

※**nāvis,** -is *f.* [*a stirpe* *nāu̯- < *neə̯₂-u̯- (*cf. ind. vet.* náus, *gen.* nāvás, *gr.* ναῦς, *island. vet.* nór *'navis'*), *sicut* mēnsis *a* *mēns-. *subest stirpi* *neə̯₂-u̯- *fort. radix* *(s)neə̯₂- *'natare'* (*v. Rix et al., Lex. der indogerm. Verben, ²2001, 572*). *cf. Walde-Hofmann II 148sq.; de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 402sq. Mei.*] *de origine*: Prisc. gramm. II 39, 2 ναῦς -is (*agitur de* au *dipthongo ante* i *litteram in* av *mutata*). Isid. orig. 19, 1, 8 *v. p. 258, 66.* *scribitur* nab- Ostrac. Bu Njem Marichal 89 (*a. 259*). Edict. imp. Diocl. 7, 13 L. (*frg. Stratonic.*). 7, 14 L. (*frg. Stratonic. et Mylas. IV*). Inscr. christ. urb. Rom. 22570. *al.; litt. gr.* Gloss. biling. I 13, 29 (*pap. saec. IV*) ναβες· πλ⟨οιο⟩ν. iurispr. μαγκίπιουν μ 17 μαγίστρους νάβι· προεστὼς νηός. *notatur* n CIL IV 9591a, 4 (*in amphora; v. vol. X 1, 315, 40*), nav Inscr. Dessau 9220 (*aet. Aug.*). CIL XIV 363, 8 (*saec. II med.*), nab Edict. imp. Diocl. 7, 13 L. (*frg. Mylas. IV*). Not. Tir. 109, 63 -is (130, 25).

*de formis*: 1) *testimonia gramm.*: *acc. sing.* -em *et abl. sing.* -e: Char. gramm. p. 160, 12sq. (*ex Romano*) -em, quoniam ab hac ... -e faciunt, accusativus per i dari non potest. *ceterum testatur abl. sing.* -e: Plin. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 156, 32 (*ex Romano*). Frg. Bob. gramm. V 560, 26; -i: Char. gramm. p. 68, 13 Consent. gramm. V 358, 21sq. Phoc. gramm. V 430, 12 -is ... ignis similiter ablativum in i mittunt, quae saepe poetae per e solent efferre. *utramque formam admittunt e. g.* Char. gramm. p. 58, 12 Diom. gramm. I 306, 21. 2) *usus auctorum traditus*: *acc. sing. in tit., pap., codd. vet. plerumque* -em: Plavt. Merc. 257. *al.* Ter. Ad. 225. 703. Verg. Aen. *ubique.* CIL IV 1847 *p. 237, 71.* Tab. cer. *p. 236, 63.* Test. *p. 236, 44.* Epist. Claud. Terent. (Pap. Corp. 254) 26 ad -e(m). Vet. Lat. Matth. 8, 23. *al.* (cod. 1). *al.; raro* -im: Plavt. Mil. 1187 (*etiam* 1188, *ut vid.*). Vet. Lat. Luc. 5, 3 (cod. 2; *sed antea*: in -em). *al.; codd. rec. exhibent utramque formam* (*v. Neue-Wagener I 308*). *abl. sing.* -ī *in tit. p. 240, 72 et* Edict. imp. Diocl. 7, 13. 14 L., *in codd. vet. et pap. e. g.* Plavt. Persa 530 Poen. 651 Ter. Andr. 923 Hec. 421 Haut. 182 Cic. rep. 1, 63. Liv. 21, 50, 6 (*P*). Epist. Claud. Terent. (Pap. Corp. 250) 16. 30. Epist. Pap. Corp. 255, 14 (*saec. II in.*). Vet. Lat. Matth. 4, 21 *et* 14, 13 (cod. 1), *in codd. rec. metro confirmante* Plavt. Amph. 950 Cic. Arat. 72 Lvcr. 4, 387 Ivvenc. 3, 245. *al.* (*v. etiam p. 240, 71*); -ĕ: CIL IV 4676 IINAVII (*siquidem est* e nave). 5894 Tab. cer. Pomp. Camodeca 80. 106, 8. Frg. scaen. inc. (Seider, Paläographie II 1, 1978, n. 6; *saec. I*) 3 in náve, *in codd. vet.* Verg. Aen. 5, 188. 487. Liv. 25, 23, 6 (*P, ut e. g.* 30, 37, 13). 41, 10, 10 (*V, ut e. g.* 44, 22, 13), *in codd. rec. metro confirmante* Catvll. 64, 84 Hor. epist. 2, 2, 200 Prop. 1, 8, 6 Ov. epist. 13, 99 fast. 2, 98. *et saepius; ceterum codd. rec. exhibent utramque formam* (*v. Neue–*

*[Rey]*

*Wagener I 330sq.*). *acc. plur.* -īs: Elog. (CIL VI 40952 [= 31611]; *aet. Aug.*) 2 navIs, *in codd. vet.* Cic. Verr. II 5, 82 (*V, ut* 5, 95. 105. 136). Verg. Aen. $25^{ies}$. Liv. 22, 11, 9. 23, 34, 9. 24, 1, 9. *al.* (*v. Neue-Wagener I 387*); -es: R. Gest. div. Aug. 3. 23 náves. Epist. Pap. Corp. 255, 7 (*saec. II in.*). Pap. mil. Fink 63 col. II 33 (*saec.* $III^{1}$). *al., in codd. vet.* Liv. 21, 49, 3 (*P, ut e. g.* 21, 50, 11. 23, 38, 2). 41, 3, 1 (*V, ut e. g.* 45, 34, 8). Gran. Lic. 35, 77 Avg. civ. 4, 29 p. 183, 2. *al.*; -eis: Inscr. column. rostr. (Inscr. Ital. XIII 3, 69) 11 nave⟨is⟩. 12 (*cf. abl. plur.* -ebos *ibid.* 6. 8; *sed vix constat has formas saec. III ex. a. Chr. esse tribuendas, v. enim e. g. Wachter, Altlat. Inschr., 1987, 360sq.*).

*de prosodia: pro monosyll. pronuntiandus est nom.* -is *in textu tradito* Plavt. Bacch. 797 *p. 238, 49.* Men. 344 *p. 238, 52 (v. Questa, La metrica di Plauto e di Ter., 2007, 51sq.), ceterum* -es Enn. scaen. 79 *p. 242, 70 (v. Jocelyn, comm. 1967, 261); syll. prima scribitur cum apice l. 4. p. 234, 72, sed est quantitatis inc.* Comm. apol. 895. 1014. *de notione*: Synon. Cic. p. 442, 14 ratis. -is. classis. carina *eqs.* Gloss. I p. 85 n. 127 -is (nanis *trad.*), ratis, lunter (*i.* lin-) *eqs.* Gloss. -is: πλοῖον. ναῦς. $Gloss.^{L}$ II Abav. NA 25 carina. *sim. al.* *legitur in orat. soluta inde ab* Inscr. column. rostr. *l. 57sqq.* (*siquidem aetati vetustissimae attribuenda est, cf. l. 9*), Catone, Coel., *persaepe apud* Caes. *et corp. Caes.,* Liv.; *in versibus inde a* Liv. Andr., Naev., Plavto, Enn. *et e. g. apud* Acc., Catvll., Lvcr., Verg., Hor., Prop., Ov., Sen. *trag.* (*deest* Tib., Manil., Lvcano, Val. Fl., Sil., Stat. *al.; cf. vol. X 2, 2667, 64sq.*). [*val.* naie (*Pușcariu, Etym. Wb. der rum. Spr., 1905 n. 1149*), *it.* nave, *sard. centr.* nae, *raet. occ.* (*Engadin*) nef, *or.* naf, *francog.* nef, *prov., cat.* nau, *hisp., port.* nave; *cf. cambr.* aná *'ponto' et germ.* naue. *fortasse a* navis *suffixo* -tium *addito raet. centr.* nàuz *'alveus suilis'* (*cf. p. 220, 47. 240, 73. 251, 55*). *cf. M.-L. 5863 et Faré, Postille. Battisti-Alessio IV 2555. Cortelazzo-*$Zolli^{2}$ *1028sq. Wagner II 154. Kramer V 31sq. Wartburg VII 66sqq. Coromines V 885sqq. Corominas-Pascual IV 219.* $Machado^{3}$ *IV 199sq. Schd.-Cr.*] [*confunditur in codd. maxime c.* avis, *e. g.* Sall. hist. frg. 1, 99 (*falsa var. l.* Apvl. Socr. 7 p. 136), manus *e. g.* Plin. paneg. 31, 2, puppis Ov. epist. 13, 99 Pont. 2, 3, 28 (*falsa var. l.* Homer. 214; *cf. vol. X 2, 2667, 72sq.*); *falso trad.* Pacvv. trag. 270 -bus (*apud* Non. p. 40, 27, *ubi* subinis *restit. Ribbeck coll. Non. p. 248, 22*). Manil. 4, 402 (ventis *restit.*).]

*materiam sic digerendam esse censuimus*:

**I** *usu communi*:

**A** *proprie respicitur navigium*: **1** *in mare, fluvio sim. ad res nauticas aptum: l. 54 (iuxta pon. vel disting. voces quaedam p. 237, 9).* **2** *pingendo, sculpendo sim. ad alios usus effectum: p. 237, 68.*

**B** *tropice*: **1** *in compar.: p. 238, 10.* **2** *in imag., metaphora sim.: p. 238, 47 (spectat ad operas, consilia sim. hominum p. 238, 47, corpus hominis p. 239, 22, rem publicam p. 239, 34, scriptoris opus p. 239, 42, actionem sim. salutarem p. 239, 48, ecclesiam p. 239, 64).* **3** *per meton. vel prosopop.: p. 240, 10.*

**II** *usu peculiari de eo, quod simili atque navigium forma est praeditum vel munere fungitur, sc. sidus p. 240, 26, pars posterior animantis p. 240, 49.*

*appendix locutionum notabiliorum: p. 240, 58.*

*i. q.* ναῦς (*quod cum infra gr. respondet, non indicavimus; ceterum respondet* πλοῖον *e. g. p. 238, 33. 240, 38. 241, 44. 242, 7*): **I** *usu communi*: **A** *proprie respicitur navigium*: **1** *in mare, fluvio sim. ad res nauticas aptum*: **a** *usu vario; exempla pertinentia*: **α** *ad -em adhibitam*: ① *in bello, proelio* (*exempla selecta*): Inscr. columm. rostr. (Inscr. Ital. XIII 3, 69) 6 *Duilius* ⟨r⟩em -ebos marid consol primos c⟨eset (*i.* gessit) copiasque c⟩lasesque navales ... ornavet pa⟨ravetque⟩ (8) cumque eis -ebos claseis Poenicas ... pucn⟨ad vicet⟩. 11sq. ⟨v⟩i ... -e⟨is cepe⟩t ... septer⟨esmom I quinqueresm⟩osque triresmosque -eis *tot.* Plavt. Bacch. 928 *Atridae* Pergamum ... mille cum numero -ium ... subegerunt. Enn. ann. 388 *p. 242, 31.* scaen. 68 (*loq. Cassandra*) fera ⌞velivolantibus -bus⌟ complebit manus litora (⌞ ⌟ *fort. abl. separ., v. Jocelyn, comm. 1967, 216*). Inscr. Année Épigr. 1980 n. 197 (*Fundis*) *quidam* aid(ilis) praefect(us) soc(iorum) in -bus long(is). Cic. Verr. II 5, 90 postremam ... quamque -em piratae primam adoriebantur. Manil. 35 (*34* praesidiis classibusque munivit) duabus Hispaniis et Gallia Transalpina praesidiis ac -bus confirmata. Caes. Gall. 1, 8, 4 -bus iunctis ratibusque compluribus factis ... *transire flumen* conati. civ. 1, 58, 4 singulas binis -bus obiciebant atque iniecta manu ferrea et retenta utraque -i diversi pugnabant. Verg. Aen. 9, 114 ne trepidate meas ... defendere -is. Hor. epod. 9, 19 hostilium ... -ium portu latent puppes. Liv. 21, 27, 8 -ium agmen ad excipiendum adversi impetum fluminis ... tranquillitatem infra traicientibus lintribus praebebat. 24, 34, 7 iunctae ... binae quinqueremes ..., ut ... velut ⌞una -is⌟ agerentur *eqs.* (-es *vel* unaves *codd.*). 24, 34, 10 ferrea manus ... -em in puppim statuebat. 25, 11, 17 (*loq. Hannibal*) via *quadam* ... plaustris transveham -es (*cf. p. 243, 64*). Val. Max. 9, 2 ext. 1 *Karthaginienses* -bus substraverunt *captos,* ut earum carinis ... elisi inusitata ratione mortis ... feritatem satiarent. Flor. epit. 4, 2, 75 acrius fuit cum ipso mari quam inter se -bus bellum. *al.* *in spectaculis proelii navalis*: Liv. 10, 2, 15 (*antea*: monumentum navalis pugnae) sollemni certamine -ium. R. Gest. div. Aug. 23 (*antea*: navalis proeli spectaclum) triginta rostratae -es triremes a⟨ut birem⟩es, plures autem minores inter se conflixerunt. ⓘⓘ *qualibet in re* (*exempla selecta post* Enn.): Liv. Andr. carm. frg. 26 *navitae* duona ... portant ad -is. Plavt. Amph. 732 ibi, *sc. in portu,* cenavi atque ibi quievi in -i. Rud. 931 -bus magnis mercaturam faciam. Trin. 835 circum stabant -em turbines venti *eqs.* Vid. frg. 1 *Neptuni* Bacchae fecerunt nostram -em Pentheum. *al.* Enn. ann. 144 *Ancus Marcius* loca -bus pulchris (celsis *var. l.*) munda facit, *sc. portum struendo.* 477 campus *Martius* habet textrinum -bus longis. scaen. 248 utinam ne ... inde, *sc. e Pelio,* -is inchoandi exordium cepisset. Pacvv. trag. 335 (*respic. tempestas*) armamentum stridor, flictus -ium. Sisenna hist. 139 in eam paludem multi piscium salliendorum causa ⌞a⌟ -bus semionustis commeant (*sunt qui* ⌞ ⌟ *deleant*). Rhet. Her. 1, 11, 19 si -is conservata sit (*cf.* Verg. Aen. 5, 283 servatam ob -em laetus). Varro Men. 276 -em conscendimus palustrem, quam nautici equisones per viam ducerent loro. rust. 2 praef. 3 -bus vindemiam condimus ex insula Coa. Cic. Verr. II 5, 89 erat ... sola illa -is ... ita magna, ut propugnaculo ceteris posset esse (*cf.* Plin. nat. 3, 119 praegrandi ... domo verius quam -e). Sall. Iug. 18, 5 *Persae* alveos -ium inversos pro tuguriis habuere (*cf. in compar. p. 238, 24*). Verg. Aen. 5, 169 (*in certamine remigandi*) *Cloanthus* inter -emque Gyae scopulosque ... radit iter ... interior. 10, 221 quas ... Cybebe ... nymphas ... e -bus esse iusserat (*item mutatur -is*: Plin. nat. 4, 53 scopulus, in quem mutatam Vlixis -em a simili specie fabula est [*de eadem re* Mart. Cap. 6, 658]). Hor. carm. 2, 13, 27 *Alcaeum* sonantem ... ⌞dura -is⌟, dura fugae mala, dura belli (⌞ ⌟ *i. itineris -e facti*). Liv. 21, 62, 4 (*inter prodigia*) -ium speciem de caelo adfulsisse. Vitr. 10, 15, 6 *in ariete fabricando* funes ... ita religati, quemadmodum -is a puppi ad proram continentur. Sen. contr. 7, 1, 10 *deis iuvantibus* subito -is (*sc. vento vel fluctibus eversa*) coepit erigere se et attollere. Cels. 2, 15, 3 lenissima *gestatio* est -i vel in portu vel in flumine, vehementior vel in alto mari -i vel lectica (*item respic. morbi sanandi*: 3, 22, 8 -e ... gestari). Sen. epist. 85, 33 qui *gubernator* hoc potuit dicere 'Neptune, numquam hanc -em (-im *var. l.*) nisi rectam' (*cf. p. 238, 55. 239, 16 et comm. Skutsch, 1985, 661sq. ad Enn. ann. 483*). Colvm. 12, 2, 5 ubi tempestas incessit et est rite disposita -is. Petron. 117, 12 iumentum me putatis esse aut lapidariam -em? Plin. nat. 33, 115 Troianis temporibus rubrica in honore erat Homero teste, qui -es ea commendat (*cf. Hom. B 637*). Test. (CIL XIII 5708) 2, 26 volo ... mecum cremari ... -em Liburnam ex scirpo. Svet. Cal. 19, 1 Baiarum medium intervallum ... ponte coniunxit contractis ... onerariis -bus *eqs.* Nero 34, 2 solutilem -em, cuius ... naufragio ... *Agrippina* periret, commentus est *Nero.* Apvl. met. 11, 16, 6 (*de -e Isidi dedicata die festo q. d.* Isidis navigium, *cf. p. 229, 7sqq.*) -em faberrime factam picturis miris Aegyptiorum ... variegatam. Vet. Lat. prov. 30, 19 (Ambr. in psalm. 38, 4, 1. *al.*) *non possum intellegere* semitas -is in pelago navigantis (Vvlg. viam -is in medio mari; *cf. vol. X 1, 989, 23sqq.*). Lact. inst. 4, 15, 22 (*ad Matth. 8, 24*) cum *Christus* obdormisset in -i *eqs.* Ps. Apvl. herb. 93 l. 23 ne in -e nausieris (*seq. remedium*). *al.* *de -e, qua Magna Mater Romam vecta est et cui una cum dea cultae nomen est* -is salviae (*de re v. p. 244, 25sq.; quid docti censuerint, complectitur e. g. Gérard, Rev. Ét. Lat. 58, 1980, 153sqq.* [*de tit. infra allatis 169sqq., de ipso nomine 170 n. 3*]): CIL VI 492 Matri deum et -i s. (*saec. I ut*: 493 -i s. et Matri deu⟨m⟩). 494 (*aet. Sev.*) Matri deum et -i s. ... mag(ister) col(legii) culto(rum) eius (*sc. deae, ut vid.*).

**β** *ad -is capacitatem indicandam* (*cf. p. 241, 46; onus indicatur per gen. p. 239, 60. 243, 72*): Lent. Cic. fam. 12, 15, 2 -is onerarias, quarum minor nulla erat duum milium amphorum (*item pendet gen. indicans capacitatem*: Liv. 21, 63, 3 maritimam -em, quae plus quam trecentarum amphorarum *est.* Tab. cer. Pomp. Camodeca 106, 2 [*a. 57*] -e⟨m⟩ ... modium *tot eqs.* Scaev. dig. 50, 5, 3 Vlp. reg. 3, 6). Gaivs inst. 1, $32^{c}$ -em marinam ..., quae non minus quam decem milia modiorum frumenti capiat. Novell. Theod. 8 pr. nullam -em ultra duorum milium modiorum capacitatem (*inde* Cod. Iust. 1, 2, 10 pr. [= 11, 4, 2 pr.] n. -em u. d. m. m. capacem).

**γ** *ad -is nomen vel tutelam* (*cf. p. 240, 30*): Ov. trist. 1, 10, 2 -is ... a picta casside *Minervae* nomen habet (*cf. 6* rates). Pavl. Fest. p. 78 (*in fabula de Europa explicanda*) -em, quae Iovis tutelam, effigiem tauri, habuerit, in eam regionem esse delatam. Vet. Lat. act. 28, 11 (cod. 51) navigavimus in -e ..., cui erat parasemum ⌞et Dioscore⌟ (*vix sanum; cetera v. vol. X 1, 315, 45sqq.*). Schol. Stat. Theb. 5, 372 ('Tritona -im') omnis -is pictura quacumque *signatur.* *al.*

*[Rey]*

**δ** *ad -em ut rem compositam, compactam*: SEN. nat. 2, 2, 3 illa *corpora sensibilia composita* constant aut nexu aut acervatione ⟨aut compactione⟩, ut puta funis, frumentum, -is (*cf.* epist. 102, 6 quaedam esse composita, ut -em, domum *eqs.*). epist. 76, 13 -is ..., *quae est* firma et iuncturis aquam excludentibus spissa. CVRT. 8, 10, 3 *p. 243, 64.* APVL. flor. 23, 1 *p. 243, 63.* TERT. resurr. 60, 6 nisi forte ... -em ... sine conpaginis ... incolomitate salvam adseverabis. CYPR. mortal. 12 -is, quae forti conpage solidata est *eqs.*

**b** *iuxta ponuntur vel distinguuntur voces quaedam*: **α** *syn. (v. l. 38sqq.) vel demin. (v. l. 34sqq. 44. 51) vel nomina specierum* (*plerumque distinguuntur [ut minores e. g. l. 15. 17sqq.], sed ut genera -is inducuntur e. g. l. 17. 26. 45. 50. 54. al.; cf. p. 240, 70sqq. et* GELL. 10, 25, 5 -ium ... appellationes hae sunt: gauli, corbitae, caudicae, longae *eqs.* [*enumerat permultas*]): PLAVT. Bacch. 286 lembus nostrae -i insidias dabat (Merc. 259 inscendo in l. atque ad -em devehor. LIV. 32, 21, 27 centum tectae -es et ... *tot* leviores apertae et ... *tot* Issaei l. 34, 35, 5 -em *nullam* ... praeter duos l. *al., v. etiam p. 238, 53*). Rud. 75 de -i ... in scapham (366. COEL. hist. 41 *p. 241, 66.* RHET. Her. 1, 11, 19 *p. 241, 70.* CIC. inv. 2, 154 ut dominus *et gubernator* -is ... in s. confugeret. CAES. Gall. 4, 26, 4 s. longarum -ium, item speculatoria navigia [*item pendet gen.* -ium: civ. 3, 24, 1. *cf.* BELL. Afr. 28, 1 s. de -bus]. civ. 1, 28, 4 *l. 47.* 3, 28, 1 *l. 41. al.* BELL. Alex. 17, 4 s. -busque longis. *al.* SALL. hist. frg. *p. 242, 4.* LIV. 25, 3, 11. *al.*). SISENNA hist. 106 -is ... triginta biremis, totidem myoparonas (CIC. Verr. II 1, 87. 5, 89. BELL. Alex. 46, 5 [*6* ad suum m.]. *al.*). CIC. Verr. II 5, 5 cum *fugitivi* aut ratibus aut -bus conarentur accedere (CAES. Gall. 1, 8, 4 *p. 235, 68.* 6, 35, 6 -bus r. que. VARRO ling. 7, 23 *poeta quidam* ratis -is longa⟨s⟩ dixit. *ibid.* r. dicta -is longa propter remos *eqs.* OV. trist. 1, 10, 2 *p. 236, 69.* LIV. 26, 9, 4 -bus ab Hannibale incensis rates ... comparantem. *al., e. g. p. 242, 29; v. etiam p. 238, 50. 239, 1. 13*). 5, 44 -em ... cybaeam maximam triremis instar (CAES. civ. 2, 23, 3. BELL. Alex. 47, 2 capit ... penterem unam, t. duas ..., dum suas captivasque -es reficeret. LIV. 30, 37, 3 -es rostratas praeter decem t. *al.; cf. e. g.* CIC. Verr. II 5, 88 evolarat ... fugiens quadriremis, cum ... ceterae -es *eqs.* LIV. 21, 49, 4 praeter viginti -es ... *tot* alias quinqueremes). 5, 98 hic ... praedonum naviculae pervagatae sunt, quo Atheniensium classis ... trecentis -bus ... invasit ([*cf. antea* 5, 97 hostium -em]. de orat. 1, 174 *v. p. 221, 48.* CAES. civ. 2, 3, 3. BELL. Afr. 44, 1 -is una ... a Vergilio scaphis n. que actuariis excepta est. *al., v. etiam p. 238, 65*). de orat. 1, 153 ut concitato navigio cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipsa -is motum *eqs.* (CAES. Gall. 4, 26, 4 *l. 20.* 5, 8, 4 vectoriis ... n. ... longarum -ium. civ. 2, 22, 2 -bus III comparatis [*4* ex his unum ... n.]. 3, 28, 1 [*2* scaphis minoribusque n.]. BELL. Afr. 2, 5 celeri ... n. vectus ... cum longis paucis -bus. Alex. 17, 3 n. minora. 21, 2. LIV. 10, 2, 7 in leviora n. *al.; cf. l. 51*). Att. 6, 8, 4 Rhodiorum aphractis ceterisque longis -bus. 10, 10, 5 vel luntriculo (*v. app. crit.*), si -is non erit, eripiam me *eqs.* CATVLL. 4, 2 phaselus ... *fuit* -ium celerrimus. CAES. Gall. 7, 60, 4 conquirit ... lintres; has ... in eandem partem mittit; ... quo -es adpelli iusserat (civ. 1, 28, 4 -es cum militibus ... scaphis l. que reprehendunt. LIV. 21, 26, 8 vis -ium ... l. que. 21, 27, 8 *p. 235, 74.* PLIN. nat. 6, 104 longe a terra abest -ium statio lintribusque adferuntur onera. *al.; cf. l. 44*). civ. 3, 29, 3 pontones, quod est genus -ium Gallicarum. BELL. Afr. 63, 1 (*disting.* parvolum navigiolum). HOR. epod. 1, 1 ibis liburnis inter alta -ium ... propugnacula (EVTR. 2, 20, 1 Romani ... dimicaverunt ... -bus rostratis, quas l. vocant. VEG. mil. 4, 33, 4 *Liburniae* exemplo ... -es bellicae fabricantur et appellantur l. ISID. orig. 19, 1, 12 l. dictae a Libyis, -es enim sunt negotiatorum. *al.; cf. p. 240, 75*). LIV. 23, 34, 4 cercuros ad persequendam retrahendamque -em *mittere* (33, 19, 10 cum classe centum tectarum -ium, ad hoc levioribus navigiis c. que ac lembis *tot. cf. p. 240, 70 et* NON. p. 533, 25 c. -is est Asiana pergrandis). *sim. al.* **β** *ad motus pedibus, equo, curru sim. actos spectantes*: CAES. Gall. 3, 12, 1 ut *oppida* ... neque pedibus aditum haberent ... neque -bus (*cf.* civ. 2, 32, 12 [*opp.* pedestri itinere]. OV. Pont. 4, 10, 34 ut *hieme per mare* ... siccus contempta -e viator eat). HOR. carm. 1, 6, 3 rem ... ferox -bus aut equis miles te duce *gessit* (FLOR. epit. 2, 2, 4 FRONTO p. 11, 14). epist. 1, 11, 28 -bus atque quadrigis petimus bene vivere; quod petis, hic est (*cf. p. 242, 30*). CELS. 2, 15, 3 lectica (*v. p. 236, 36*). SEN. Herc. f. 541 pontus vicibus mobilis annuis -em nunc facilis, nunc equitem pati. PLIN. epist. 10, 15 (*opp.* vehiculis *ut*: 10, 41, 2 TRAIAN. Plin. epist. 10, 16).

**2** *pingendo, sculpendo sim. ad alios usus effectum*: **a** *in arte, sc. a fabro, sculptore, pictore* (*arcuimus locut.* -is similitudo *p. 240, 74. 251, 55*): CIL IV 1847 (*in tectorio, infra -is picta est; a. 48 a. Chr.*) ser(vus) *quidam* haec -e(m) pinxset. HOR. epist. 2, 1, 192 *in scaena* esseda festinant, pilenta, petorrita, -es. PETRON. 71, 9 te rogo, ut -es ... facias plenis velis euntes, *sc. in monumento meo.* PLIN. nat. 7, 85 *ex ebore* fabricata ... -e. 35, 101 *pictor adiecit* parvolas -es longas in iis, quae pictores parergia appellant. *al.* VET. LAT. I Macc. 13, 29 (rec. L, *sim. cett.*) *Simon* fecit in columnis ... -es insculptas (*gr.* πλοῖα). OPT. PORF. carm. 19, 25 contexere *versibus* -em (*v. figuram in ed. p. 72*). *al.* in nummo (*cf.* 2. navia): FEST. p. 274 *fuit* -is in as⟨se⟩ (*suppl. e* PAVLO). PLIN. nat. 33, 45 ex altera *parte* rostrum -is. PS. AVR. VICT. orig. 3, 4 in quam *monetam* ab una parte caput eius *Saturni* imprimeretur, altera -is. 3, 5 *v. p. 220, 58.* **b** *in ludo, quo -is figura e lamellis componitur*: BASS. gramm. VI 271, 29 loculus ille Archimedius (*sc. lamellarum in quadratam formam inclusarum*) ... componentibus nobis aliter atque aliter ... alias columnam, alias -em figurat. PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 101, 2.

**B** *tropice*: **1** *in comparatione*: PLAVT. Poen. 753 magis me benigne nunc salutas quam antidhac. :: tranquillitas evenit quasi -i in mari: utquomque est ventus, exim velum vortitur. Rud. 754 *plagas* habebis pluris in tergo tuo quam ulla -is longa clavos. TVRPIL. com. 214 quasi cum ventus fert -em in mare. CIC. har. resp. 59 quae -is ... in flumine publico tam vulgata omnibus, quam istius *Clodii* aetas fuit? (*in allusione obscena, cf. 42* aetatulam suam ad scurrarum ... libidines detulit, ... in domesticis est germanitatis stupris volutatus. *v. etiam p. 239, 32*). rep. 1, 51 tam cito *res publica* evertetur quam -is, si e vectoribus sorte ductus ad gubernacula accesserit (*cf.* PLIN. paneg. 82, 3 foeda facies, cum ... imperator alienum cursum alienumque rectorem velut capta -e sequeretur). CATVLL. 25, 13 *flagellatus* aestues, velut minuta magno deprensa -is in mari vesaniente vento. LVCR. 4, 897 *ita fit,* corpus ut ac -is velis ventoque feratur (*sim.* 6, 1032 *aer res* trudit et inpellit quasi -em velaque ventus). SALL. Iug. 18, 8 *mapalia* oblonga incurvis lateribus tecta quasi -ium carinae sunt (*cf. p. 236, 25*). OV. epist. 21, 41 (*loq. Cydippe aegra*) velut -is iactor, quam ... in altum propellit Boreas, aestus ... refert. met. 11, 532 (*comparatur tempestas cum urbis oppugnatione*) *fluctus descendit* velut in captae ... moenia -is. Pont. 1, 1, 69 *mens mea* estur ut occultā vitiata ⌊teredine⌋ -is (putred- *var. l.*). LIV. 27, 48, 11 *elephantos* inter duas acies versari ... haud dissimiliter -bus sine gubernaculo vagis. VET. LAT. sap. 5, 10 transierunt omnia illa (*sc. ad mundum pertinentia sim.*) ... tamquam -is, ... cuius cum praeterierit non est vestigium invenire *eqs.* Sirach 33, 2 sapiens ... non inludetur (-lid- *var. l.*) quasi in procella -is (*gr.* πλοῖον). HIL. in Matth. 7, 9 ecclesia ... instar est -is – et plurimis locis ita nuncupata est –, quae ... subiecta est ... ventorum flatibus et maris motibus (*cf.* AMBR. incarn. 5, 34 cum ecclesia ... tamquam bona -is fluctibus ... tundatur *eqs.*). AMM. 30, 10, 2 tamquam in eadem -i futuri. VVLG. prov. 31, 14 facta est *mulier fortis* quasi -is institoris, de longe portat panem suum. AVG. civ. 3, 12 p. 110, 18 quanto maior *Roma* facta est, sicut -is nautas, tanto plures *deos* adhibendos putavit. c. Petil. 2, 6, 13 *homo baptizatur,* ut ei dimittantur peccata sua an ut imponantur aliena? an sicut -is mercatoris alia ponat, alia suscipiat? soliloq. 1, 4, 9 haec (*sc. quid sit linea vel sphaera*) sensibusne percepisti an intellectu? :: immo sensus in hoc negotio quasi -im sum expertus; nam cum ipsi me ad locum quo tendebam pervexerint, ubi eos dimisi, ... mihi vestigia titubarunt. EVGRAPH. Ter. Andr. 480 (rec. *β*) mea ... consilia ita sunt, quemadmodum -is navigat in portu (*v. Otto, Sprichw. n. 1455*). *al.*

**2** *in imagine, metaphora sim., quae pertinet ad*: **a** *operas, consilia, mores, fortunam hominum* (*de ipso homine dici vid. maxime l. 52sq. 65*): **α** *exempla varia*: PLAVT. Bacch. 797 bene -is agit[at]ur (*corr. Bentley*), pulcre haec confertur ratis (*respic.* fraus incepta *ut*: Mil. 917 facile esse -em facere, ubi fundata, constitutast. 921 cito erit parata -is). Men. 344 (*de meretrice*) in istoc ⌊portust⌋ -is praedatoria ([⌊ ⌋ *Bentley,* portu stat *trad.*]. 442 ducit lembum dierectum, *sc. adulescentem,* -is p.). CIC. fam. 2, 5, 1 ubicumque es, ... in eadem es -i (*cf. l. 37. p. 240, 6; sim. p. 239, 15*). OV. rem. 70 conpescite curas rectaque cum sociis me duce -is eat. 488 artes tu perlege nostras, plena puellarum ... tibi -is erit. trist. 1, 5, 17 si ... haec -is vento ferretur amico (*respic. poeta ipse exul ut*: 5, 6, 7 fluctibus in mediis -em, Palinure, relinquis? *cf. p. 239, 4sqq.*). 5, 5, 18 quae ... plus quam quassata procella est, ... *tuta* -is eat (*respic.* uxor poetae, *ut p. 239, 7*). SEN. contr. 2, 6, 4 -em in portu mergis (*v. Otto, Sprichw. n. 1454*). QVINT. inst. 12, 11, 4 antequam in ... *senectutis* veniat insidias, receptui canet et in portum integra -e perveniet *orator* (*cf. p. 239, 44*). CYPR. laps. 16 -em scopulis, ne in portum perveniat, inlidunt *lapsi.* HIER. epist. 15, 2, 2 hic collegas tuos Aegyptios confessores sequor et sub onerariis -bus parva navicula delitesco. PAVL. NOL. epist. 49, 11 (*spectat ad act. 27, 41sqq.*) ut eos *vectores* a prioris -is, id est ab Adae carnis, peccato liberatos ... integra et solida -is acciperet; ... mutata -is novata in Christo vita est (*vergit ad f*). AVG. beat. vit. 4 tantus me arripuit ... dolor, ut ... optatae tranquillitati (*sc. philosophiae*) vel quassatam -em fessamque perducerem. EVSEB. GALLIC. hom. 40, 5 ut, etiamsi -em mergere non potuerit, saltem ex detrimentis *saecularibus* ... praedam referat *diabolus.* PASCHAS. verba patr. 34, 5 contingit, ut saecularis *homo* in tenebrosa hieme navigans, vigilans autem ... propriam -em salvet. *al.* **β** *pendet pron. poss.* (*cf. p. 239, 29sq.*): PLAVT. Most. 737 ventus -em ⟨nostram⟩ deseruit. :: ... quaene subducta erat tuto in terra? 740 (*loq. servus timens domini*

*[Rey]*

*reditum*) venit -is, nostrae -i quae frangat ratem (trabem *Lorenz*). Hor. epist. 1, 18, 87 dum tua -is in alto est, hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura. Prop. 2, 14, 29 nunc ad te, mea lux, veniet mea litore -is *amantis* servata; an mediis sidat onusta vadis? Ov. trist. 3, 5, 4 -e mea vento ... eunte suo (*respic. poeta ipse exul ut*: 5, 11, 13 quassa ... nostra est, non mersa nec obruta -is. Pont. 2, 2, 30 non per placidas it mea -is aquas. 4, 9, 74. *cf. p. 238, 57sq.*). Pont. 3, 1, 130 exeat adversa ne tua -is aqua (*cf. p. 238, 59*). Hier. epist. 43, 3, 1 -is nostra nunc ... *procellis* concussa ..., nunc scopulorum inlisionibus perforata est. Avg. in psalm. 25, enarr. 2 (= serm. 166A), 4 l. 27 evigilante Christo ... non opplebunt fluctus -im tuam, quia fides tua imperat ventis (*spectat ad Luc. 8, 24sqq. ut*: 34, serm. 1, 3 -is tua cor tuum; Iesus in -i, fides in corde). **γ** *pendet gen. indicans*: *hominem*: Cic. Rab. perd. 25 *non* tuas ... rat[ion]es ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titi adflictam -em et in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres. fam. 12, 25, 5 una -is est iam bonorum omnium, quam ... nos damus operam, ut ⌊rectam⌋ teneamus (*cf. p. 236, 38*). Qvodv. catacl. 1, 4 baptizatus ⌊est, cuius -is⌋ est instaurata, subuncta *eqs.* (⌊ ⌋ est quis, -is *ed.*). *rem*: Evseb. Gallic. hom. 61, 7 quid profuit ... fragilem iuventutis -em per ... salutis traxisse naufragia? Greg. M. moral. 7, 1 l. 26 -is cordis considerationis suae funibus ... restringitur, ne in erroris saxa perducatur. 9, 50 l. 52 mentis nostrae -is.

**b** *corpus hominis*: Plavt. Cas. 557 ibo intro, ut subducam -im rusum in pulvinaria. Rud. 1013sq. (*servus retrahit rete piscatoris*) abeo ego hinc. :: at ego hinc offlectam -em, ne quo abeas; mane. :: si tu proreta isti -i es, ego gubernator ero. Petron. 76, 6 nemo non me virum fortem *dixit* ...; scitis, magna -is magnam fortitudinem habet. Tert. anim. 52, 4 nihilo refert integram abire, *sc. morte*, corporis -em an dissipatam, dum animae navigatio evertatur (Pass. Macc. 7, 2 servavit contra omnes procellas ... sancti c. -em. Pavl. Nol. epist. 44, 3 *Christo* in c. tui -e vectatio et in tuo corde cervical est. Petr. Chrys. serm. 8, 1 *abstinentiā* -im c. nostri solvamus a litore mundano. *al.*). Macr. Sat. 2, 5, 9 (*loq. Iulia filia Augusti*) numquam ... nisi -i plena, *sc. gravida*, tollo vectorem (*sc. coeo cum viro quolibet*). *al.*

**c** *rem publicam* (*cf. p. 238, 18*): Cic. dom. 24 cum senatum a gubernaculis deiecisses, populum e -i exturbasses *eqs.* Sest. 46 rei publicae -em ereptis senatui gubernaculis fluitantem (Pis. 20 qui in maximis ... fluctibus r. p. -em gubernassem salvamque in portu conlocassem. Paneg. 10, 4, 2 cum r. p. -em secundus ... flatus impelleret). Att. 2, 7, 4 cum cogar exire de -i ... ereptis gubernaculis. Hor. carm. 1, 14, 1 o -is, referent in mare te novi fluctus (*explicat* Qvint. inst. 8, 6, 44 -em pro re publica ... dicit). *al.*

**d** *auctoris, scriptoris opus*: Ov. fast. 1, 4 (*ad Germanicum*) timidae dirige -is iter. 4, 18 causae subito patuere dierum: dum ... spirant flamina, -is eat. Qvint. inst. 12 proem. 4 *Cicero*, quamvis ... instructa -e hoc mare ingressus, contrahit vela ... et de ipso ... genere dicendi ... satis habet dicere (*cf. p. 238, 62*). Hier. epist. 1, 2, 1 quod inplere non possum, negare non audeo; super onerariam -em rudis vector inponor *eqs.*

**e** *actionem sim., qua obtinetur vel praestatur salus* (*de respectu cognitionis v. p. 238, 43*): Ps. Qvint. decl. 12, 23 p. 258, 10 (*ad -is dominum serius frumentum afferentem fame pereuntibus*) naufrago tabulam abstulisti, mortuo adplicas -em. Hier. hom. Orig. in Ezech. 10, 1 p. 416, 5 sciendum secundam, ut ita dicam, -em post confusionis opera esse erubescere (*de textu dubitat Baehrens coll. Hier. in Ezech. 16, 52[a]* secunda post naufragium tabula est *eqs.* [*sim. in Is. 2, 3, 8*]). Avg. in euang. Ioh. 2, 3 (*cf. 2* nemo ... potest transire mare huius saeculi, nisi cruce Christi portatus) parvuli ... non recedentes a cruce et passione et resurrectione Christi in ipsa -i perducuntur ad id quod non vident *mente*, in qua -i perveniunt et illi qui vident. Qvodv. cant. nov. 2, 4 ascendamus -em, fidem simul et crucem, nec desit anchora, spes nostrae salutis. Petr. Chrys. serm. 41, 3 l. 71 ieiunium, virtutum -is, ... lucrum salutis advectat. Evseb. Gallic. hom. 58, 2 inter naufragia peccatorum corripuistis vos ad tabulam fidei; perduxit vos ad ⌊paenitentiae⌋ -em (*gen. explic.*). *ibid.* tenete vos ... intra hanc -em, donec perveniatis ad portum consummationis.

**f** *ecclesiam in salutem hominum institutam* (*cf.* Evcher. form. 7 l. 887 -is: ecclesia. *v. etiam p. 238, 34. 36*): Tert. pudic. 13, 20 solacium -is ecclesiae (*v. p. 219, 67*). Hil. in Matth. 7, 9 (*antea p. 238, 34*) Christi -em, id est ecclesiam, introimus. 8, 4 (*ad Matth. 9, 1*) deo civitas fidelium plebs est; in hanc ... sedem -i, id est ecclesia, invectus introiit *Christus.* 13, 1 -is ... ecclesiae typum praefert. Avg. in psalm. 103, serm. 4, 5 'illic -es commeabunt' (*103, 26*): ... -es ecclesias intellegimus, commeant ... inter procellas tentationum; ... non timeant -es, non valde adtendant ubi natent, sed a quo gubernentur (*sc. a Christo*). Petr. Chrys. serm. 21, 4 dominicam -em. Max. Tavr. 37, 2 arbor ... quaedam in -i est crux in ecclesia ...; in hac ... -i quisque aut arbori crucis se religaverit *ut Vlixes*, aut *eqs.* 49, 3 quae -is in altum saeculi istius ita natat, ut pereunte mundo omnes, quos suscepit, servet. *al.* *respicitur ecclesia ab homine gubernanda* (*de monasterio l. 7*): Novatian. Cypr. epist. 30, 2, 1 quam *severitatem* qui remiserit, ... necesse est ... quasi extorto ... consiliorum gubernaculo -em ecclesiasticae salutis inlidat in scopulos. Hier. epist. 7, 5, 1 ut perforatam -em debilis gubernator regat. Avg. in psalm. 106, 7 quid enim, fratres, quia ad eadem gubernacula non sedetis, non in eadem -i navigatis? (*cf. p. 238, 54sq.*). Evseb. Gallic. hom. 35, 6 gubernacula Lirinensis -is ... moderanda. Greg. M. epist. 1, 41 l. 10 vetustam ... -im, quam regendam ... suscepi. *al.*

**3** *metonymice pro gubernatoribus, nautis sim. (e. g. l. 14sq. 21) vel per prosopop.* (*e. g. l. 13. 18. 23sq.; praebemus exempla potiora neglectis eis locis in appendice locut. allatis, ubi -is est subi. praedicati act., v. p. 241, 45 sqq. 242, 43sqq. al.*): Caes. civ. 1, 54, 2 corpus -ium viminibus contextum (*al., v. vol. IV 1019, 67sq.*). 2, 6, 4 conspicatae ... -es triremes duae -em D. Bruti ... sese in eam incitaverant (*cf.* cernentes *p. 244, 17*). Bell. Afr. 11, 4 *Caesarem* cum classe -bus onerariis, quae deerrassent, subsidio ire ... voluisse, ne ... imprudentes suae -es in classem adversariorum inciderent. Verg. Aen. 1, 168 hic fessas non vincula -is ulla tenent (5, 29. *cf. p. 238, 69*). Liv. 36, 20, 5 trepidae ... -es ... *Euboeam* petierunt. 37, 24, 6 claudas ... -es (Tac. ann. 2, 24, 3). 37, 27, 8 circa ea *saxa* adpropinquare non ausae -es ... diem trivere. Sen. Herc. f. 553 succurrunt timidis sidera -bus (*cf. p. 239, 42*). Thy. 143 notior nulla est Ioniis fabula -bus. 590 alta, quae -is timuit secare. Plin. nat. 13, 63 -ium costis (*cf. vol. IV 1084, 82sq.*). 24, 41 optima haec *zopissa* a tirocinio -ium.

**II** *usu peculiari de eo, quod magis minusve simili atque navigium forma est praeditum vel munere fungitur*: **A** *sidus*: **1** *Argo* (*cf. p. 243, 24*): Cic. Arat. 277 *orbis alter* Argolicam retinet claro cum lumine -em (*gr. 504* Ἀργώ, *cf. Germ. 489* aplustria Puppis). 390 labens per caeli lumina -is (*gr. 604* πρύμναν ... Ἀργοῦς, *cf. Germ. 620* aplustria Puppis Argoae). 469 Capricornus ... magnam antiquo depellit nomine -em (*cf. Germ. 687* Puppis). Vitr. 9, 5, 2 *v. p. 222, 30.* Colvm. 11, 2, 24 pridie Id. Mart. Argo -is exoritur (11, 2, 66 x Kal. Oct. A. -is occidit. Hyg. astr. 4, 7. *ordine inverso* -is A.: Hyg. astr. 4, 6, 3. 4, 12, 7. *al.*). Hyg. astr. 4, 4, 1 *circulus hiemalis* dividit ... -is ipsius puppim. Firm. math. 8, 6, 9. Paneg. 3, 8, 2 tu, *Graecia*, -em ... in caelum usque sublatam sideribus consecrasti. *al.* **2** *sol vel luna* (*in doctrina Manichaeorum praeter* Mart. Cap.): Act. Archel. 8, 6 *Manes* -es ... vel translatorias cumbas esse dicit duo ista luminaria (*gr.* πλοῖα). Avg. c. Faust. 20, 12 unam rem dicitis et lunam et -em minorem et luminatorem nocturnum. c. Fel. 2, 7 p. 834, 27 in -e lucis, quam solem appellatis. haer. 46, 6 quidquid ... purgatur luminis, per quasdam -es, quas esse lunam et solem volunt, regno dei ... reddi; quas ... -es de substantia dei pura perhibent fabricatas. Manich. Aug. nat. bon. 44 p. 881, 24 pater, qui lucidas -es habet ... habitacula (p. 883, 5). p. 883, 12 ex ista magna et clarissima -i. p. 883, 17 altissima virtus, quae in -i vitalium aquarum, *sc. luna*, habitat. Mart. Cap. 2, 183 quandam -em, *sc. solis*, ... cuncta ... flammarum congestione plenissimam ... conspicatur *Philologia* (*184* in eadem ... rate. *cf. p. 253, 38 et ad rem Hübner, Paideia 68, 2013, 531sqq.*).

**B** *pars posterior vel novissima animantis, sc.*: *hominis* (*v. Liddell-Scott-Jones, suppl. 1996, s. v.* ναῦς, *sed de textus LXX errore cogitat Adams, Glotta 59, 1981, 252 c. adn. 37; distingue p. 238, 14. 239, 32*): Vet. Lat. I reg. 5, 6 (cod. 91. *al.*) *deus* adduxit super eos *Azotios* mures, et ebullierunt in -bus eorum *eqs.* (*gr.* ἐξέζεσεν αὐτοῖς εἰς τὰς ναῦς, *ubi* ἕδρας *var. l.; cf.* εἰς τὰς ἕδρας *de eadem re 5, 9* [*Lucif. Athan. 1, 12 l. 50* in sedibus] *et 12; cetera s.v.* natis *p. 139, 7sqq.*). *avis*: Apic. 6, 6, 3 *aves* extenterantur per guttur vel e -i (in nabias *codd.*). 6, 8, 2 pullum aperies a -i (*item* 6, 8, 5 [anabi *codd.*]).

*appendix locutionum notabiliorum*: **1** *attributa (selecta), quibus intellegitur*: **a** *species navigii; accedit*: **α** *quodlibet adi.*: Inscr. column. rostr. *p. 235, 60.* Plavt. Poen. 651 oneraria (*al., v. vol. IX 2, 629, 32sqq.*). Rud. 754 longa (*al., v. vol. VII 2, 1634, 28sqq., ubi addas* Inscr. *p. 235, 65*). Sisenna hist. 39 actuarias (*al., v. vol. I 448, 47sqq.*). 106 biremis ([*v. p. 237, 23*]. R. Gest. div. Aug. 23 *p. 236, 8.* Epit. Alex. 70. *cf.* triremis [*de ordine verborum v.* Fronto p. 59, 7 '-em t.' rite dixerim, 't. -em' supervacaneo addiderim]: Caes. civ. 2, 6, 4 *l. 14.* 3, 24, 1 Nep. Alc. 5, 5. *al., v. et p. 235, 60; sim. al.*). Cic. Verr. II 5, 44 cybaeam (*v. p. 237, 29*). Caes. civ. 2, 4, 2 piscatorias (*al., v. vol. X 1, 2200, 54sqq.*). 3, 96, 4 frumentariam (*al., v. vol. VI 1, 1406, 36*). Petron. 117, 12 lapidariam (*v. p. 236, 41*). Amm. 17, 2, 3 lusoriis (18, 2, 12). *al.* **β** *nomen ipsum speciei*: Plavt. Merc. 87 -em cercurum (*restit. e* Non. p. 533, 36). Lvcil. 483 *Cyclopi* maius bacillum ⌊quam malus -i e corbita maximus ullast⌋ (*trad. apud* Non. p. 533, 20, *ubi* -i[s] in c.; ⌊ ⌋ *inde* CIL VIII 27790, 4 [= CE 2294, 4; *in opere musivo, saec. II*]). Pavl. Fest. p. 51 cymbium poculi genus a similitudine -is, quae κυμβίς dicitur, appellatum. Test. (CIL XIII 5708) 2, 26 -em Liburnam (*cf.* Liburnica [*estne adi.?*]: Tac. hist. 2, 16, 2

[Rey]

L. ... -ium. 3, 12, 3 L. -bus. *cf. p. 237, 51sqq.*). SVET. Iul. 52, 1 -e thalamego. *al.*

**b** *status salvus aut perditus*: PLAVT. Amph. 988 -em salvam nuntiat (Merc. 173 *p. 243, 67.* QVINT. inst. 2, 17, 24. TERT. resurr. 60, 6 *p. 237, 7. al.; cf. p. 239, 37*). RHET. Her. 1, 11, 19 -is in portum incolumis delata est (*al., v. vol. VII 1, 980, 9sq.; cf. supra p. 237, 7*). FLOR. epit. 3, 10, 5 illae -*es* ... naufragae (*al., v. p. 219, 27sq.*).

**c** *locus, cui -is idonea sim. est*: VARRO Men. 276 palustrem (*v. p. 236, 21*). LIV. 10, 2, 12 fluviatiles (VLP. dig. 14, 1, 1, 6). 21, 63, 3 maritimam (*al., v. vol. VIII 400, 56sq.; cf.* marina *ibid. 397, 77sqq., ubi addas e. g.* PS. THEOD. PRISC. add. p. 289, 25 rasura -is m.). PLIN. epist. 10, 15 orariis (o⟨ne⟩r- *Keil; cf.* ISID. orig. 19, 1, 27 litorariae). *sim. al.*

**2** *locut. verbales*: **a** *respiciuntur vectores, onus sim.*: **α** *-is oneratur, conscenditur sim.* (*impletur aqua e. g. l. 40. 49; transitur ex -e ad aliam -em e. g. l. 21. 30; exempla selecta post* PLAVT.): Ⓘ *usu quolibet*: Ⓐ *c. praepos.* in: LIV. ANDR. carm. frg. 26 (*antea p. 236, 10*) ⌊multa⌋ alia in isdem -*bus* inserinuntur (⌊ ⌋ *Bücheler,* millia *trad.*). PLAVT. Bacch. 277 in -em conscendimus (CIC. fam. 14, 7, 2 LENT. Cic. fam. 12, 14, 1. 12, 15, 2 LIV. 21, 49, 10. *al.; cf. e. g.* ascendere: PLAVT. Rud. 326. 538 HYG. fab. 120, 5; transcendere: CAES. Gall. 3, 15, 1 milites ... t. in hostium -es contendebant. civ. 1, 58, 4 VELL. 2, 53, 2). Men. 26 imponit geminum alterum in -em pater (*al., v. vol. VII 1, 650, 59sqq. 651, 4. 6. 20. 38sq., c. casu nudo infra l. 33sq.; cf.* CATO orig. 65 si inde ⌊in -is⌋ putidas ... commeatum ponere volebant [⌊ ⌋ *restit., v. app. crit.*]). Mil. 112 filiam conicit in -em miles (CIC. Verr. II 1, 46 *Verres signa* in onerariam -em suam conicienda curavit. SEN. contr. 7, 1, 15). *al.* CIC. Verr. II 5, 133 quos *milites* in -bus conlocaret (Planc. 97 in -i tuta ac fideli). 5, 160 *mercatorem* ingredientem in -em. nat. deor. 3, 89 *Diagoram* in ... -em recepissent (BELL. Alex. 27, 6 [*refl. ut*: LIV. 22, 20, 9]. *al.*). BELL. Alex. 46, 4 ex suis -bus in hostium -es transilire (LIV. 30, 25, 6. PAVL. FEST. p. 163 [*agitur de corona navali*]. *al.*). *al.* Ⓑ *cetera exempla* (*addas p. 243, 51*): PLAVT. Men. 25 oneravit -em magnam multis mercibus (CAES. civ. 2, 32, 12 SALL. Iug. 86, 1 VERG. Aen. 1, 362. *al.*). Merc. 88 *merces* -i imponit (*al., v. vol. VII 1, 651, 1. 19, ubi addas* LIV. perioch. 77, 6 impositus publice -i [in -i *var. l.*]). 946 -em conscendo (Rud. 63 VOLCAC. carm. frg. 2 VARRO Men. 276 CIC. Pis. 92. *et saepe, v. vol. IV 362, 79sqq. 363, 3. 9. 12sqq. al.; cf. e. g.* ascendere *vol. II 755, 49sqq., ceterum* HOR. carm. 2, 16, 21 scandit aeratas vitiosa -is cura). CIC. Verr. II 5, 63 -em ... onere suo plane captam atque depressam (*cf.* premere: SEN. epist. 76, 13 opibus regiis. PLIN. nat. 21, 73 pondere). CAES. Gall. 4, 29, 2 -es ... aestus complebat (civ. 1, 34, 2 servis. 3, 101, 2 taeda et pice. *al.* BELL. Afr. 28, 1 militibus et sagittariis. *al.; cf.* implere: IVV. 14, 288 mercibus. VET. LAT. Marc. 4, 37 [cod. 8. *al. et* VVLG.] *procella* fluctus mittebat in -em, ita ut impleretur -is [*gr. utrobique* πλοῖον]. *al.; v. etiam p. 239, 10*). *sim. al.*

(II) -is *est subi. verbi act.*: PLAVT. Merc. 75 -im, metretas quae trecentas tolleret ([*respic. capacitas, cf. p. 236, 59sqq.*]. CAES. civ. 3, 28, 3 -is ... *tot tirones* sustulerat. LIV. 42, 3, 3 -es paratae fuerunt, quae tollerent atque asportarent, *sc. tegulas*). VERG. Aen. 1, 120 iam ... Ilionei -em, iam ... Achatae ... vicit hiems; ... omnes accipiunt inimicum imbrem *eqs.* (LIV. 28, 36, 10 trepidos. 35, 26, 8 incursu ad novam ... -em vetus, quae ... omnibus compagibus aquam acciperet, divolsa est. COMM. apol. 1014 *mundo ruente* non -is accipiet hominem. *v. etiam p. 238, 67; cf. e. g.* excipere: LIV. 33, 48, 2. PLIN. nat. 36, 68 onus, *sc. obeliscum*). PAVL. NOL. carm. 24, 111 bibit unda -em, -is undam conbibit. *sim. al., v. e. g. supra p. 238, 41.*

**β** *-is exoneratur, relinquitur sim.* (*exempla praebemus selecta post* ENN.): Ⓘ *usu quolibet*: PLAVT. Amph. 629 (*interpol.*) vide ex -i efferantur, quae imperavi, ... omnia. Men. 1075 simul te ... mecum exire ex -i (*al., v. vol. V 2, 1357, 9sq.* [de -i *ibid. 11sq.*] *et supra p. 239, 39; cf.* Merc. 110 *servum* -i abire vetui). Rud. 75 de -i timidae desuluerunt in scapham ([*de eadem re*: 366 ⟨de⟩ -i *eqs.*]. CAES. Gall. 4, 24, 2 de [*om. β*] -bus. 4, 25, 5 ex -i). Stich. 531 hodiene exoneramus -em? (*al., v. vol. V 2, 1546, 1sqq.; cf.* deonerare: AMM. 24, 6, 4). ENN. ann. 309 -bus explebant sese terrasque replebant (*v. vol. V 2, 1720, 79sqq.*). TER. Haut. 182 advenientem, e -i egredientem ilico abduxi ad cenam (*al., v. vol. V 2, 284, 34sqq.*; de -i: *ibid. 44; abl. nudus*: COEL. hist. 41 -bus atque scaphis. *al., v. ibid. 284, 38sqq.*). CATO orat. 48 postquam na[ti]vitas ex -bus eduxi *eqs.* ([*v. p. 253, 71*]. NEP. Milt. 7, 2 copias. FRONTIN. strat. 2, 5, 42 SVET. gramm. 25, 9). RHET. Her. 1, 11, 19 (*in lege ficta*) qui propter tempestatem -em reliquerint (*ibid.* omnes ... -em reliquerunt, in scapham conscenderunt. CIC. inv. 2, 153. 154. *al., v. etiam p. 238, 58*). CIC. Verr. II 5, 64 nox ... in exinaniunda -e consumitur (5, 104. 107). 5, 91 sese in terram e -i eiecerat quadriremem que fluctuantem in salo reliquerat ([*item refl.*: Tusc. 2, 67 eice te -i! BELL. Alex. 17, 6 ex -bus. 20, 1 ex longis -bus ... in molem]. off. 3, 89 de -i. PROC. dig. 41, 1, 55 ex -e. *cf.* proicere: CAES. Gall. 4, 25, 4 se ex -i. HIL. in Matth. 16, 2). CAES. Gall. 4, 37, 1 quibus ex -bus cum essent expositi milites (civ. 3, 111, 6 ad Pharum -bus milites exposuit. *al.* LIV. 28, 6, 3 machinis ... ex -bus e. 42, 3, 4 tegulae e. de -bus. *al.; cf. l. 6*). SALL. hist. frg. (Pap. Corp. 28) 6 -bus e[i]volant scaphis aut nando. *sim. al.* (II) -is *est subi. verbi act.*: LIV. 25, 30, 10 actuariae -es ... armatos exponunt (VET. LAT. act. 21, 3 [cod. 5, *sim. al. et* VVLG.] ibi, *sc. Tyri,* erat ... -is expos⟨i⟩tura onus [*gr.* πλοῖον]. *cf.* ponere *p. 238, 41*). 29, 8, 10 regiae -es ... nihil in terram integri praeter ... pecuniam deae, quam asportabant, extulerant.

**γ** *-e vehuntur, transportantur onera vel vectores*: Ⓘ *usu quolibet*: Ⓐ *c. praepos.* in (*cf. l. 23; addidimus* ubi *l. 17*): in -i esse: PLAVT. Amph. 950 gubernatorem, qui in mea -i fuit. Persa 709 (*de navigatione ficta?*) animus iam in -ist meus. *al.* TER. Hec. 421 dies *tot* ... in -i fui. CIC. ac. 2, 81 qui in -e sunt. LIV. 21, 50, 5 *tot* fuere in -bus captis milites nautaeque. 29, 25, 9 aquam dierum *tot* ... in -bus esse. *al., v. etiam p. 238, 54.* *cetera exempla*: PLAVT. Mil. 118 capiunt praedones -em illam, ubi vectus fui (CIC. nat. deor. 3, 89 in is -bus. NEP. Hann. 10, 6 in qua -e veheretur, ut scirent. CIL IV 5894 [*in amphora*] in -e Cn. Senti ... vect(a)). CIC. Verr. II 5, 59 Mamertini tibi ... -em, in qua exportares *furta,* praebuerunt. Sest. 45 mihi in ... -e ... naviganti (or. frg. B 13. VET. LAT. act. 28, 11 [cod. 9. *al.* = VVLG.; *gr.* ἐν πλοίῳ]. *al., v. etiam p. 240, 6*). Ⓑ *c. abl.* (*exempla selecta*): PLAVT. Amph. 850 qui mecum una vectust una -i (Bacch. 106 ⌊uti⌋ -i vecta es [*Leo,* ut (in) -i *codd.*]. LVCR. 4, 387. PAVL. FEST. p. 101 hippagines -es, quibus equi vehuntur. *al.; cf. e. g.* advehere: PLAVT. Men. 1085 mecum. *al.* CIC. Att. 14, 20, 1 SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 12, 1. LIV. 27, 38, 11 copias -bus. *al.*; devehere: NEP. Dion 4, 1. LIV. 23, 38, 4 legatos. *al.* PLIN. epist. 10, 41, 2). Poen. 114 is heri huc in portum -i venit (*cf.* PLIN. nat. 7, 206 -e primus in Graeciam ... Danaus advenit; antea ratibus navigabatur *eqs.* IVV. 9, 132 *Romam* conveniunt et carpentis et -bus omnes [*cf. p. 237, 63*]). ENN. ann. 388 hostes accedere ventis -bus velivolis (CIC. Verr. II 5, 5 *p. 237, 25. al.*). CIC. Verr. II 4, 150 permulta multis -bus illinc, *sc. e Sicilia,* exportata (*cf. e. g.* transportare: POMP. Cic. Att. 8, 12ᵃ, 3 *ut* copiae ... -bus Dyrrachium transportarentur. CAES. civ. 1, 54, 3 milites ... -bus flumen transportat. *al.*). CAES. Gall. 3, 8, 1 -es habent Veneti plurimas, quibus in Britanniam navigare consuerunt (4, 31, 3 *tot* -bus amissis, reliquis ut navigari ... posset, effecit. PLIN. nat. 7, 207 [*antea l. 28*] longa -e Iasonem primum navigasse. *al.*). 3, 11, 2 si per vim -bus flumen transire conentur *Germani* (4, 17, 1 BELL. Alex. 27, 6. SEN. benef. 6, 18, 1 Platon cum flumen -e transisset. *al.; cf. e. g.* ire: VERG. Aen. 2, 254 Argiva phalanx instructis -bus ibat. 10, 213 tot lecti proceres ter denis -bus ibant subsidio Troiae. SVET. Nero 31, 3 ut -bus nec tamen mari iretur, *sed fossa*). *sim. al.*

(II) -is *est subi. verbi act.*: PLAVT. Amph. 404 -is ..., quae me advexit (LIV. 23, 38, 8 captivos legatos. *al.; cf.* vehere: PLAVT. Stich. 370 quoiast -is? quid vehit? CIC. fin. 4, 76 onus. LIV. 29, 35, 1 praedam. *al.*; provehere: PLIN. epist. 6, 31, 16 [*construitur portus*] ingentia saxa latissima -is provehit). 701 quid si e portu -is huc nos dormientis detulit? (*cf.* ferre: HOR. *l. 58*; perferre: OV. fast. 1, 340 nondum pertulerat ... murras ... hospita -is). ENN. ann. 226 -is ..., quae stlataria portat (*al., v. vol. X 2, 46, 44sqq.*). *sim. al.*

**b** *-is stat vel movetur, sc. ab homine vel vi naturali*: **α** *usu quolibet* (*exempla selecta*): NAEV. com. 52 in alto -em iubet ⟨is⟩ destitui anchoris ([*v. Otto, Sprichw. n. 1209*]. *cf.* statuere: PLAVT. Bacch. 291. AMBR. hex. 5, 10, 31 echeneis ... memoratur -em ingentem s., ut *eqs.*; constituere: CAES. Gall. 4, 23, 6 aperto ... litore. *al.* BELL. Alex. 14, 1. LIV. 37, 27, 9 in portu. *al.*). PLAVT. Amph. 412 noctu hac soluta est -is nostra e portu Persico (*item pass.*: Bacch. 288 e portu. Stich. 417. HOR. epod. 10, 1 malā soluta -is exit alite ferens ... Mevium. *al.; act.*: PLAVT. Merc. 92. *al.* VARRO frg. Macr. Sat. 1, 16, 18. OV. epist. 7, 9 cum foedere solvere -es. rem. 285. LIV. 29, 5, 1 ab Hippone. *al.*). Rud. 367 videmus ad saxa -em ferrier (LVCR. 4, 387. 4, 897 *p. 238, 22.* NEP. Them. 8, 6 OV. met. 2, 163. LIV. 23, 38, 1 *tot* -es ..., cum praeter Cumas velis ferrentur *eqs. al., v. etiam p. 238, 14. 57; cf. e. g.* deferre: RHET. Her. 1, 11, 19 *p. 241, 5.* CIC. Att. 12, 2, 1 reflatu. CAES. civ. 3, 14, 2. 3, 30, 1 BELL. Afr. 44, 1. 2. LIV. 23, 10, 11 -em Cyrenas detulit tempestas. *al.*). ENN. ann. 225 ⌊urserat⌋ huc -im conpulsam fluctibus pontus ([⌊ ⌋ muls- *codd. praeter unum, v. e. g. comm. Skutsch, 1985, 389*]. SEN. epist. 77, 2). 483 dum clavom rectum teneam -emque gubernem (CIC. de orat. 1, 174 Argonautarum -im [*v. p. 221, 48*]. FIRM. math. 8, 22, 4. *al., v. etiam e. g. p. 239, 37*). scaen. 79 (*tempestas sim.?*) rapit ex alto -es velivolas (VERG. Aen. 10, 660 Saturnia ... avulsam ... rapit ... per aequora -em. *al., v. vol. XI 2, 98, 74sqq.; cf.* eripere *p. 243, 34*). TITIN. com. 127 sapientia gubernator -em torquet, non valentia (*cf.* CVRT. 9, 4, 11 *verticibus* intorta -is. EVSEB. GALLIC. hom. 40, 4 *si quis* -em ... ad scopulos ... detorqueat). CIC. Arat. 132 sicuti ... obvertunt -em ... nautae adversamque trahunt ... ad litora puppim *eqs.* (ARVS. *v. vol. IX 2,*

[Rey]

**nausum,** -ī *n.* [*orig. gall.* (*nauson), *ut vid.; cf. Pokorny, Indogerm. etym. Wb., 1959, 755. Mei.*] *genus navis Gallicum*: Avson. 27, 20$^a$ (414 S.) l. 8 -o aliave qua navi ... frugis aliquantum nostrae devehi. 27, 20$^b$ (415 S.), 37 ut inde -o devehat ⟨cibaria⟩. *Schrickx.*

※**nauta,** -ae *m.,* ναύτης, *et inde sec.* navis *novatum* navita, -ae *m.* *explicatur origo varietasque formarum*: Fest. p. 169 (*suppl. Vrsinus*) ⟨navi⟩tas secundum incorr⟨uptam consuetudinem dic⟩tos, quos nunc n⟨autas dicimus, testis est⟩ Cato (orat. 19) ..., cum ait: '-ita ⟨...⟩ vinum atque oleum ⟨...⟩'. Serv. auct. georg. 1, 164 traheae: ... epenthesin fecit, ut -ita et Mavors pro nauta et Mars **(***item* -a *primitivum testantur e. g.* Vlt. Syll. gramm. IV 263, 4. Prisc. gramm. II 29, 2 transit in consonantem u, ut -a -ita [*aliter autem* 39, 2 ναύτης -ita]. Isid. diff. 1, 390 [444 C.] -ita poeticum est; nam rectum est -a, sed causa metri a poetis una littera addita est [*inde item* Gloss. -a]. orig. 19, 1, 5 -a a nave dictus ...; -ita ... poetice dicitur**)**. navita (*testimonia v. supra*) *exstat in versibus apud auctores* naut- *quoque adhibentes, imprimis nom. (voc.) sing.* Catvll. 64, 174 Lvcr. 5, 223 Verg. georg. 1, 137. *al.* Hor. carm. 1, 14, 14. 2, 13, 14. 3, 4, 30 Tib. 1, 3, 40. *et saepe, formis aliis* Plavt. Men. 226. Cic. Tusc. 2, 23 (vers.). Hor. epod. 10, 15. *al.* Sen. Herc. f. 774 Vers. metr. Ter. Maur. 2944sq. *al.; raro in prosa orat., sc.* Cato *p. 251, 75. 253, 71.* Colvm. 8, 2, 2 (-ae *pars codd. rec.*). Gell. 16, 19, 8 (*al. in eodem cap.*). Apvl. met. 6, 19, 6. 6, 20, 4. Ivl. Val. 1, 41 l. 1307 (-is *var. l.*). *al.* *abbreviatur in titulis saec. I–III* naut CIL V 4016. XII 4107. XIII 1972. *al.,* nau CIL XIII 3105, n *e. g.* CIL XII 3316. XIII 1695 (*lineola superducta ut* 2041. *al.*). Not. Tir. 109, 70 -a (130, 33). *genus commune testatur* Char. gramm. p. 66, 19 (*cf. mulierem p. 253, 35*), *inter masc. affert* Phoc. gramm. V 412, 20. *de notione* (*addas l. 53. p. 254, 55*): Gloss. -a: ναύτης (*inde restit.* III 396, 27 nautes: na⟨u⟩ta[m]). -ita: -a. navigator. Gloss.$^L$ I Ansil. na 189 (cod. Paris.) -ae: epibatae, victores (*i.* vec-). *al.* *legitur in poesi inde a* Naev. (*v. l. 72*), Plavto, Enn., *in prosa orat. apud* Catonem *et inde a* Cic. [*confunditur in codd. c.* natus Germ. 541 (*restit.* Drac. Romul. 10, 294. Gloss. *l. 20*).]

*i. qui navigat,* ναύτης **(***quod infra gr. respondere solet neque adnotatur; de muliere p. 253, 35, de numinibus p. 253, 38, de angelis* Pavl. Nol. epist. 49, 3 p. 392, 25; *in compar. e. g. l. 47. p. 253, 8sqq., pro exemplo est variorum generum victus quaerendi [saepius per sing. collect.] p. 253, 4sqq. 254, 43sqq.; accedunt determinationes loci sub IIB1, gen. navis p. 255, 3 et* Stat. silv. 2, 1, 186 Vvlg. Ezech. 27, 9 [*cf. praepos.* de *p. 253, 19*]**)**:
**I** *navigatur mare* (*caelum p. 253, 37, agri inundati l. 50*): **A** *indistincte significantur, quicumque navigant* (*tam vectores quam ministri navigii*): **1** *respiciuntur navigationis incommoda, pericula sim.*: Plavt. Men. 226 (*loq. vector*) voluptas nullast -is ... maior ..., quam quom ... terram conspiciunt. Tvrpil. com. 48 -ae cum essent circumventi ventis. Acc. trag. 677 unde estis, -ae, huc hieme delati? Cic. inv. 2, 95 -ae quidam, cum adversa tempestate in alto iactarentur, voverunt *eqs.* (*cf.* Verg. georg. 1, 436 vota ... servati solvent in litore -ae Glauco *eqs.* Aen. 12, 767). Verr. II 5, 146 (*145* vectores omnes in lautumias coniciebantur) non ... Charybdim ... tam infestam neque Scyllam -is quam istum ... fuisse **(***cf.* Verg. ecl. 6, 77 *Scyllam* timidos ⌞-as canibus lacerasse marinis⌟ [*item* Ciris 61]. Ov. met. 14, 74 *Scyllae* scopulum ... -ita vitat. *sim. al.***)**. Catvll. 68, 63 (*in compar.*) in nigro iactatis turbine -is ... aura secunda venit iam prece Pollucis, iam Castoris implorata (*item respic. Dioscoroe*: Hor. carm. 1, 12, 27 -is stella refulsit. Val. Fl. 1, 573 *lumen* miseris ... implorabile -is. Sil. 15, 82 suspiratos magno in discrimine -is ... fratres. *al.*). Lvcr. 5, 223 *modo natus* puer, ut saevis proiectus ab undis -ita, nudus humi iacet. 6, 893 *aquae dulcis* utilitatem opportunam sitientibus -is. Verg. Aen. 7, 200 qualia multa mari -ae patiuntur in alto. *al.* Dirae 61 dicantur mea rura ferum mare; -a, caveto rura. Macer carm. frg. 4, 2 *in auguriis cycnum* optant -ae, quia se non mergit in undas (*v. app. crit.*). Hor. carm. 1, 14, 14 nil pictis timidus -ita puppibus fidit. 3, 4, 30 *Musis amicis* libens insanientem -ita Bosphorum temptabo (Porph. -ita, id est navigans). *et saepe.* **2** *respectu vario*: Catvll. 64, 174 utinam ne ... perfidus in Creta religasset -ita funem, *sc. Theseus.* Lvcr. 4, 432 in pelago -is ex undis ortus in undis sol ... obire *videtur.* Varro rust. 3, 9, 17 *gallinis quibusdam* invectis a -is. Nep. Them. 8, 6 in navem omnibus ignotus -is escendit. Verg. ecl. 6, 43 Hylan -ae quo fonte relictum clamassent (*item de Argonautis*: Val. Fl. 2, 443 urbes -ita condebat. Stat. Theb. 5, 395 ingentes. Ivv. 6, 154 armatis. *de Iasone*: Drac. Romul. 10, 18 cum -a venit. *al. ibid.*). georg. 1, 29 tua, *Caesar,* -ae numina sola colant (*cf.* Prop. 3, 11, 71 -ita ..., Caesaris in toto sis memor Ionio). 1, 304 (*in compar.*) *itinere peracto* ⌞puppibus ... laeti -ae imposuere coronas⌟ (*item, sed de proficiscentibus*: Aen. 4, 418). Hor. carm. 1, 28, 23 -a, ... ne parce ... harenae ... capiti inhumato particulam dare (*cf.* Prop. 3, 7, 27 quotiens Paeti transibit -a sepulcrum). Prop. 1, 8, 23 -as rogitare ... 'quo portu clausa puella mea est?' *al.*

**B** *strictius significantur, qui navigationi dediti sunt, munere sim. in navi funguntur*: **1** *generatim* **(***de iis, qui navigandi ministeria exercent, quorum quaedam distinguuntur, v. imprimis p. 253, 22 [sing. collect. ut e. g. p. 253, 43]. p. 253, 27. 254, 5***)**: **a** *in vita communi*: **α** *exempla varia* (*selecta inde ab* Ov.): Naev. com. tit. fab. -ae **(***trad.* Fest. p. 310 *contextu manco. item de persona comica*: Plavt. Mil. 1335 ⌞-a, cave⌟ malum [⌞ ⌟ inaut ace *codd.; respic. adulescens vestem -ae indutus, ut* 1430]. Fest. p. 134 maeson persona comica appellatur – aut coci aut -ae

aut eius generis. PRISC. gramm. III 426, 1 Turpilius ... -ae personam inducit). ENN. ann. 145 *rex Ostiis* loca navibus ... munda facit -isque mari quaesentibus vitam. LVCR. 4, 968 *somniantes* eadem ... videmur obire *ac vigiles*: causidici causas agere ..., induperatores pugnare ..., -ae ... cum ventis *confligere* (*sim. saepe iuxta alios victus quaerendi modos, e. g.* PROP. 2, 1, 43 -ita de ventis, de tauris narrat arator *eqs.* OV. am. 1, 13, 12 [*13* viator, *14* miles]. SIL. 6, 325 omnis et agricola et ... pastor et ... -ita. CYPR. Demetr. 3, 2. *cf. l. 3. p. 254, 44*). CIC. off. 1, 87 ut si -ae certarent, quis eorum potissimum gubernaret (*item in compar. distinguitur, qui gubernat*: LIV. 24, 8, 12 quilibet -arum vectorumque tranquillo mari gubernare potest; ... *tempestate orta* gubernatore opus est. CLAVD. carm. min. 30, 204. *cf. l. 27sq.*). VERG. Aen. 5, 130 Aeneas ... metam constituit signum -is ..., unde reverti scirent (*in remigum certamine ut*: 5, 207). HOR. epod. 10, 15 (*in exsecratione sim.*) o quantus instat -itis sudor tuis. PROP. 3, 17, 25 Tyrrhenos, delphinum corpora, -as in vada pampineā desiluisse rate (*de iisdem praedonibus mutatis*: OV. met. 3, 632. 652. 4, 423). 4, 5, 50 -a ... attrita si ferat aera manu *meretrici.* OV. epist. 18, 148 (*loq. Leander nataturus*) idem navigium, -ita, vector ero (*item disting. l. 10. 27 et* SVET. Aug. 98, 2 vectores -aeque de navi Alexandrina. VLP. dig. 4, 9, 1, 8). met. 11, 361 *dixit* -a ..., dum retia litore siccat (*de piscatore; sed opp. l. 71*). LIV. 30, 38, 5 ut pro vectura frumentum -is mercator relinqueret. LVCAN. 1, 502 *in tempestate* desilit in fluctus deserta puppe magister -itaque (*item disting. l. 28. 31 et* COD. Iust. 11, 6, 3, 2 [*v. p. 223, 4*]. *cf. l. 68*). PLIN. nat. 9, 28 Arionem ... interficere -is in mari parantibus (*in eadem fabula*: GELL. 16, 19, 13 feros et inmanes -itas. *al. ibid.*). IVV. 8, 174 *in popina legatum* iacentem permixtum -is et furibus. SVET. Galba 10, 4 navis ... sine gubernatore, sine -a aut vectore ullo (*item disting.*: PAVL. dig. 39, 4, 11, 2 a magistro vel g. aut proreta -ave. VVLG. Ezech. 27, 27. *al., addas iam l. 11; cf. p. 254, 11. 25*). VLP. dig. 4, 9, 7 pr. debet exercitor omnium -arum suorum, sive liberi sint sive servi, factum praestare (*item disting.*: 14, 1, 1, 2 *e.*, qui -as adhibet [*opp.* qui magistrum praeponit]. PAVL. dig. 4, 9, 6, 4). 4, 9, 7, 3 licet -a servus non sit (*cf. l. 30*). CLAVD. DON. Aen. 3, 530 p. 334, 11 ‘vela legunt socii’: hoc verbum -is est familiare (*item respic. sermo nauticus*: ISID. orig. 6, 14, 4 DIFF. Suet. p. 287, 11). ANTH. 223a, 1 *in erroribus Aeneae* iam mulier sibi -a fuit ... potens torquere rudentes *eqs.* INSCR. Année Épigr. 1939 n. 44 (*Philippis*) Neptuno deo et sacris Dioscuris ... *quidam* -a. *al.* *in navi Solis*: MART. CAP. 2, 183 *Philologia in circulo Solis* navem ... conspicatur; cui -ae septem, germani tamen suique consimiles, praesidebant (*ad rem v. Lenaz, 2011, ad l.; cf. p. 240, 45*).

**β** *illustrantur -arum ministeria* (*exempla potiora, selecta inde a* VERG.): VARRO Men. 49 -ae remivagam movent celocem (*item de remigantibus*: VERG. Aen. 3, 207 -ae adnixi torquent spumas. 5, 837 sub remis fusi per dura sedilia -ae. GERM. 347 decurrens inhibet iam -ita remos aversamque ratem *religat. al.; cf. l. 64*). CIC. Arat. 75 *ortum Sagittarii* poterunt praenoscere -ae (*sim. saepius de observantibus sidera, e. g.* 190 nox signa dedit -is, cuncti quae noscere possent. VERG. georg. 1, 137 *olim* -ita ... stellis numeros et nomina fecit. SEN. nat. 1, 1, 12 argumentum tempestatis -ae putant, cum multae transvolant stellae. LVCAN. 8, 173 miseros fallentia -as sidera *praeter septemtriones*). 132 *in portu* obvertunt navem ... -ae adversamque trahunt ad litora puppim (*cf. l. 43*). ac. 2, 147 -a significat ... navigandi nobis *vectoribus* ... tempus esse (*item indicunt profectionem*: PETRON. 99, 5 -a ... ‘moraris’ inquit. HIER. epist. 64, 22, 2. *al.; cf.* CIC. fam. 14, 4, 5 exspectassem ..., si esset licitum per -as). Tusc. 2, 23 (vers.) navem ... noctem paventes timidi adnectunt -itae *saxo.* VERG. georg. 1, 372 *tempestate orta* omnis -ita ponto umida vela legit (*item respic. vela contrahenda*: AETNA 244 quo rapiant -ae, quo sidere lintea pandant. LVCAN. 6, 286 -a ... subducit ... vela. PETRON. 114, 1 discurrunt -ae ad officia trepidantes velaque tempestati subducunt. *al.*). HOR. epod. 16, 59 huc ... torserunt cornua *antemnarum* -ae (*item respic. vela danda*: OV. fast. 6, 715 Zephyro date carbasa, -ae. SEN. Tro. 1044 tuba iussi dare vela -ae. *al., addas l. 56*). PETRON. 102, 5 unum -am stationis perpetuae interdiu noctuque iacere in scapha (*postea*: custodem). SIL. 6, 361 mediae stat margine puppis, qui voce alternos -arum temperet ictus (*item respic. celeuma remigibus dictum*: STAT. Theb. 6, 799 [*in compar.*]. NICET. psalm. 1 l. 8 -is conpetit cantilena. *al.; in imag.*: HIER. epist. 14, 10, 1 quaestionum scopulis transvadatis laetantium more -arum epilogi celeuma cantandum est). STAT. silv. 3, 2, 55 ratem terris divisit fune soluto -ita et angustum deiecit in aequora pontem (*disting.* magister). *al.*

**b** *in re militari, bello* (*fort. huc spectat* CATO *p. 251, 75*): **α** *disting.* miles (*pro syn. est fort. p. 254, 10, aliter p. 254, 14*): CATO orat. 48 postquam na[ti]vitas ex navibus eduxi, non ex m. atque -is piscatores penatores feci, sed ⌊a⟨u⟩rum⌋ dedi (arma *Mommsen*). CIC. inv. 2, 168 classis, -ae, m. (*inter ea, quae incolumitatem rei publicae conservant*). Verr. I 13 -ae m.que Siculorum. II 4, 150 quid m. aut -arum per triennium dederint *Mamertini* (5, 51). 5, 43 ut naves civitatibus certusque numerus -arum m.que imperaretur. ARRVNT. hist. 6 onerarias leves praeter militem et necessarios -arum. LIV. 22, 19, 10 (*9* remigibus m.que) trepidatione -arum capere ... arma miles prohibetur (*sim.* CVRT. 4, 3, 18 miles ministeria -arum, remex militis officia turbabat. 7, 9, 6 TAC. ann. 2, 23, 2). *al.* **β** *disting.* remex (*ita ut* -a *significet eum, qui ceteris navigandi ministeriis fungitur, nisi comprehendi simul milites putes, ut fort. l. 9; sed pro syn. est* r. *e. g. l. 2. 4. 19*): CIC. Verr. II 4, 76 in -is r.que exigendis *a civitatibus.* 5, 87 *praefectus classis* speravit iis *praesidii* militibus ... explere se numerum -arum et r. posse. 5, 131 r. -asque dimissos (*cf. e. g. 133* r. militesque dimisisse). CAES. Gall. 3, 9, 1 naves ... longas aedificari ..., r. ex provincia *Narbonnensi* institui, -as gubernatoresque comparari iubet. TAC. hist. 4, 16, 3 *in classe Germanica* pars remigum *seditiosa* ... officia -arum propugnatorumque impediebant. VLP. dig. 37, 13, 1, 1 in classibus omnes r. et -ae milites sunt, *ita ut testari possint.* **γ** *exempla cetera*: CIC. inv. 2, 98 vis ventorum invitis -is in Rhodiorum portum navem *rostratam* coegit. Verr. II 5, 60 ut accusaretur a -is *nauarchus.* 5, 61 accipere a civitatibus pecuniam, ne -as darent, pretio certo missos facere -as *eqs.* (LIV. 24, 11, 7 *ut opulentus quisque civis* -am unum cum sex mensum stipendio daret [*ex edicto ut* 24, 11, 8sq.; *de eisdem 26, 35, 3* remiges]. *cf. p. 253, 74*). 5, 62 pretium ... -arum missionis constituere (5, 122. *cf. l. 17 et* dimittere: 5, 110. 112. 131 *l. 9. ad rem v. e. g. 5, 86* dimissionem propugnatorum atque remigum). 5, 102 *nauarchos* tantum habuisse -arum, quantum oportuerit (*cf.* -as habere: 5, 112. 134 Att. 9, 3, 2). Phil. 11, 30 (*verba S. C.*) navīs, -as, pecuniam ... ut imperandi ... ius ... habeat (*cf. l. 1*). *al.* CAES. Gall. 5, 10, 2 -ae gubernatoresque. civ. 3, 8, 3 *hostis* -as dominosque navium interfecit. 3, 26, 3 labore et perseverantia -arum. SALL. hist. frg. inc. 13 inpediebant ⌊iussa⌋ -arum (⌊ ⌋ *celeuma intellegit* SERV. Aen. 3, 128, *qui affert frg.*). LIV. 30, 24, 12 desertae fuga -arum ... onerariae. *al.* VAL. MAX. 4, 3, 11 *si dux classis* eodem cibo eodemque vino, quo -ae, *uti* contentus sit (*respic. Cato or. frg. 20* remiges). CVRT. 9, 4, 10 *in classe Alexandri per fluvios Indiae navigante* subducere -ae vela coeperunt.

*al.* *de singulis militantibus* (*in titulis; de cohorte -arum v. p. 258, 33*): INSCR. Dessau 9218 (*Brundisii*) veteranus de Phryge triere, -a (*sc. non propugnator; de iam emerito intellegit Wickert, Würzb. Jahrb. 4, 1949/50, 123 adn. 2*). CIL XI 135 C. Didius Celer n⟨auta⟩ (*si recte solvitur in tit. Ravennatibus et hic et* 138 *neque exempla ad II trahenda sunt*).

**2** *speciatim respicitur*: **a** *nauclerus, exercitor navis, mercator* (*cf. explic. l. 55, syn. varia l. 44sq. 56sq., iuncturam l. 49; disting. autem* exercitor *p. 253, 29sqq.; exempla potiora*): TER. Phorm. 576 venisse eas *mulieres* salvas audivi ex -a, qui illas vexerat (*huc traximus coll. p. 211, 47; cf.* CIC. ad Q. fr. 2, 7, 1 quas *litteras* tuus -a, *i. qui te transvexit,* attulit Vlbiā datas. GAIVS dig. 4, 9, 5 *accipit* mercedem ... -a, ut traiciat vectores). HOR. sat. 1, 1, 29 caupo miles -aeque, per omne audaces mare qui currunt (*excipitur 17* mercator. *item inter exempla victus quaerendi*: carm. 1, 1, 14 ut ... pavidus -a secet mare [*de eodem 16* mercator]. *al.* TIB. 1, 3, 40 *Saturno rege* nondum ... vagus ... presserat externa -ita merce ratem. *et saepius; cf. p. 253, 5*). MART. 5, 16, 7 plurimus Hispanas mittet mihi *causidico* -a metretas. RVFIN. hist. 5, 13, 3 -a Marcion (*cf. p. 211, 50sq.*). DRAC. laud. dei 2, 190 mare ... mercator -a vagatur. *al.* *in iure respicitur, qui conduxit res perferendas* (*personas v. l. 42*): ALF. dig. 19, 2, 31 pro sua parte frumenti cum -a agere possunt *singuli. al. ibid.* IVLIAN. dig. 14, 2, 6 an hi, quorum onus fuit, -ae pro damno *fulminis* conferre debeant. EDICT. praet. dig. 4, 9, 1 pr. -ae, caupones, stabularii, quod cuiusque salvum fore receperint, nisi restituent (*explicat* VLP. dig. 4, 9, 1, 2 -am accipere debemus eum, qui navem exercet, quamvis -ae appellantur omnes, qui navis navigandae causa in nave sint [*syn. 3* navicularius]). VLP. dig. 47, 5, 1, 4 (*3* exercitor navis). *al.* **b** *is qui navem regit, sc. gubernator* (*apud* OV.) *vel praefectus navi* (*a quibus* -a *distingui solet supra, v. p. 253, 9sqq. 27sqq.*): OV. epist. 6, 48 -ita Tiphy (*sc. Argonautarum gubernator*). fast. 2, 101 (*99* gubernator destricto constitit ense) quid tibi cum gladio? dubiam rege, -ita, puppem. trist. 1, 4, 11 -ita ... iam sequitur victus *tempestate,* non regit arte ratem. *al.* LABEO dig. 14, 2, 10, 1 *si* merces nulla -a necessitate coactus in navem deteriorem ... transtulit et merces tuae cum ea nave perierunt ..., habes ... cum priore -a actionem. PAVL. dig. 9, 4, 19, 2 *si exercitoris* vicarius et idem -a ... damnum dederit. 14, 2, 2, 2 ex conducto dominos rerum amissarum cum -a, id est cum magistro, acturos. *al.*

**II** *navigantur flumina, lacus sim.* (*adhibitis remis vel etiam conto p. 255, 12, remulco l. 74. p. 255, 5, velis l. 74; ad I relegavimus -as classis Germanicae vel Alexandri regis, v. l. 12. 30*): **A** *apud scriptores*: HOR. sat. 1, 5, 4 Forum Appi differtum -is, cauponibus atque malignis (*explicat* PORPH. qui in Pomptinis paludibus navigabant. *de eisdem* HOR. *ibid.* 11. 16 cantat ... -a *ebrius* [*disting.* viator]. 19 missae ... retinacula mulae -a ... saxo religat. 22). PROP. 4, 9, 6 -a per urbanas velificabat aquas (*olim in stagnis Tiberis ut*: OV. fast. 6, 408). LIV. 21, 28, 2 cum ... clamore

*[Spoth]*

vario -arum militumque *Rhodanum traicientium.* MART. 3, 67, 10 (*1* cessatis, pueri *remiges*) non -as puto vos, sed Argonautas (*in lusu verborum, cf. vol. II 537, 12sqq.*). 10, 85, 1 *quidam* Tiberinae -a carinae. IVVENC. 3, 104 *Iesu supra aquas ambulante* -ae attoniti *tremuerunt, sc. discipuli* (*Matth. 14, 26*). AVSON. Mos. 42 per ripas nusquam cessante remulco intendunt collo malorum vincula -ae. COD. Theod. 14, 21 rubr. de -is Tiberinis (*1* qui navem Tiberinam *habet* ..., onus rei publicae necessarium agnoscat). SIDON. epist. 1, 5, 5 (*syn.* remex). *al.* *de Charonte*: VERG. Aen. 6, 315 -ita ... tristis nunc hos nunc accipit illos (*298* portitor). 6, 385. TIB. 1, 10, 36 Stygiae -ita turpis aquae. PROP. 3, 18, 31 -a, pias hominum qui traicis umbras. 4, 7, 92. EPICED. Drusi 428 quem semel umbrifera -ita lintre tulit. SEN. Oed. 168 -ita ... vix assiduo bracchia conto lassata refert. *al.*

**B** *in titulis* (*saec. $I^2$–III, nisi aliud notavimus; in papyro l. 38*): **1** *indicatur locus* (*sc. cuius respicitur collegium navigantium*): **a** *per adi.:* *civitatis*: CIL XIII 3026 a 4 (*aet. Tib.*) -ae Parisiac⟨i⟩ publice posierun⟨t⟩ *aram.* V 4016 dedit coll(egio) naut(arum) Arilic(ensium) *summam.* 5295 collegium -arum Comens(ium) (5911 ⟨negotiato⟩ris ... patr(oni) coll(egii) naut(arum) C. INSCR. Année Épigr. 1932 n. 73 *cuiusdam* coll(egiati) ex coll(egio) -ar(um) C.). XIII 1709 Condeatium (*v. Onom. II 560, 24sqq.*). INSCR. Année Épigr. 1946 n. 256 -ae Leuson(nenses) (*cf. l. 30*). *al.* *fluviorum* (*cf. l. 6, fort. et l. 34*): CIL VI 29722 *cuidam* diffus(ori) oleario ..., negot(iatori) vinario ..., -ae Ararico, patrono eiusd(em) corporis (XII 1005. XIII 1688 patrono -ar(um) A. et Rhodanicor(um). 1972. *al.*). XII 721 -a Druenticus (731. 982 [*disting.* navicular(ii) mar(itimi)]). XIII 1695 patrono splendidissimi corporis n(autarum) Rhodanicor(um) et Arar(icorum) ([*cf. l. 23*]. 1966 -ae R. Arare navigant(is). 1996 -(a)e R. Rhodano navigantis. *al.*). 4335 *cuidam* -aru⟨m⟩ Mosallicor(um) liber(to) tabulario. *al.* **b** *per gen. nec non vario modo*: INSCR. Helv. Walser 40 (*Genavae; ante a. 40*) *cuidam Viennensium* IVvir(o) -ae lacus Lemanni (*cf.* 52 -ae ⟨lac⟩u Lemanno, qui Leuso⟨nn⟩ae consistunt). CIL V 2315 col(legio) naut(arum) m(unicipii) A(triae) dedit *nummos tot.* XII 3316 n(autis) Atr(icae) et Ovidis loca *in amphitheatro data tot* (*inde suppl.* 3317. *de eisdem per compendia* Atr. et Ov. 4107. *an coll. l. 21sqq. subesse putes adi.? certior gen. fluvii vid.* III 7485 ⟨I⟩uliae Domnae Au⟨g.⟩ ... ⟨n⟩autae un⟨ive⟩rsi Dan⟨uvi⟩ ex r(e) p(ublica) ⟨sua⟩. *cf. l. 10*). XIII 1954 *cuidam* -ae Arare navig(anti), patrono eiusd(em) corporis (*cf. l. 26*). 8815 ⟨civ⟩es Tungri ⟨et⟩ -ae ⟨qu⟩i Fectione ⟨c⟩onsistunt (*cf. l. 31*). CHART. lat. ant. III 210, 2 (*a. 352*) ⟨...⟩ -(a)e ex civitat(e) Panopo⟨l(itanorum)⟩.

**2** *sine tali indicatione*: CIL XIII 7067 (*Moguntiaci; saec. I med.? sub imagine navis cum remigibus et gubernatore*) Blussus Atusiri f(ilius) -a. V 7679 (*Augustae Bagiennorum*) C. Magius P. f(ilius) Gaiellus Cam(ilia *tribu*) ⌞-a⌟ (*supra imaginem -ae in lintre, ut vix de cognomine cogites*). XIII 1918 (*Lugduni*) curatori -arum bis (*cf.* INSCR. Moes. sup. II 61 [*Viminacii*] -ar(um) q(uin)q(uennalis)). INSCR. Dessau 7265 (*Mantuae*) quas *summas honorarias* colle⟨gio⟩ -arum debuerant *socii quidam* (Dac. III 5, 443 [*Apuli*] patron(o) collegior(um) fabr(um) centonar(iorum) et -ar(um). *al.; cf. e. g. l. 16sqq.*). *al.*

*deriv.*: nautalis; *cf.* nauticus. *cf. Onom.* *Spoth.*

**nautālis,** -e. *a* nauta. *i. q. ad nautam pertinens*: AVSON. Mos. 223 *sol* reddit -es vitreo sub gurgite formas (navales *Vollmer*). *Schrickx.*

**nautea,** -ae *f. et* **nōtia,** -ae *f.* [*orig. inc.; considerata ratione, qua coriarii -am adhibebant (v. infra), vocem fort. referas ad radicem* *kneə$_2$ *'radere' (v. Rix et al., Lex. der indogerm. Verben, $^2$2001, 365; cf. gr.* κνῶ *'rado' et theod. vet.* nuoen *'lēvo'), ita ut subst.* *(k)nōto- *'rasura' auctum suffixo* -ia *putes originarium, secundaria autem scripturam* naut- *et suffixum* -ea. *Mei.*] *de origine v. p. 256, 12. 15.* *scribitur* nodia *p. 256, 19. 26, litt. graecis p. 256, 24.* *de mensura: non est quod coll. p. 256, 24 metiaris* nŏtia, *cf. enim e. g. Diosc. gr. Vind. 3, 102* ῥόσα ἰουνόνις (*-ωνις corr. Wellmann*) *i.* rosa iunōnis. *de notione* (*cf. p. 256, 12. 15 et sub 2*): *forma* nautea: GLOSS.$^L$ II Philox. NA 41 -a (-o *cod.*): ὀσμὴ βύρσης. IV Ps. Plac. N 1 (= I Ansil. NA 190) -a: aqua corii foetida, in qua corium maceratur. *forma* notia (nu- *l. 66*): GLOSS. III 535, 20 agaricu: id est vite alba, id est noti[ti]a (*cf.* GLOSS.$^L$ I Ansil. AG 13 [med. p. 5] agarico: id est vitis alba, quod est -a). 536, 63 brionia: id est noti[ti]a, qu(a)e est ⌞apope ragine⌟ (*non sanum*). 548, 22 nu[e]tia: cucurbita. *forma* nossa (ne- *l. 67*): GLOSS. III 593, 12 -a: cocurbita agrestis (*item* 627, 1. *inde restituas* 614, 65 nessa: id est c. a. *cf. p. 256, 25*). GLOSS.$^L$ I Ansil. BR 41 (med. p. 13) brionia: id est ⟨n⟩ossa alba et nigra, alba efficax. [*confunditur in codd. c.* nausea PLAVT. *p. 256, 7sqq.; restit. e* notitia *l. 64. 65,* nona *p. 256, 21,* nessa *l. 67, ceterum v. p. 258, 37.*]

*nomen herbae q. e. bryonia ('B. alba' L. vel 'B. dioica' Jacq.; v. e. g. André, Les noms de plantes, 1985, 172), unde significatur eius fructus vel sucus male olens a coriariis ad pelles depilandas adhibitus (v. Blümner, Technol. $I^2$ 266 adn. 4); vix recte refertur ad sentinam in origine explicanda l. 12 (rem et rationem inter formas q. s.* nautea *et* notia *sim. obviam fusius tracto in Glotta 92, 2016)*: **1** *forma* nautea ([*cf. p. 255, 61sq.*]. *nimio rectae linguae studio nata pro* not-, *ut vid. [v. p. 255, 56]; contextu manco non liquet de* PLAVT. Artem. frg. 2 ⟨...⟩lionum -am fecisset [*de* -ā infec- *restituendo cogitat Wieland, Mus. Helv. 21, 1964, 178*]): **a** *respicitur materia potius liquida*: PLAVT. Asin. 894 dic amabo, an fetet anima uxoris tuae? :: -am (naus- *var. l.*) bibere malim, ... quam illam oscularier (*de eadem 929* murram olet. *cf. 907* si non didicisti fulloniam). Cas. 1018 qui non ... plauserit, ei pro scorto supponetur hircus unctus -a (naus- *var. l.*). Curc. 101 (*anus amphoram vini alloq.*) omnium unguentum odor prae tuo -a (naus- *var. l.*) est, tu mihi stacta, tu cinnamum, tu rosa *eqs.* NON. p. 8, 5 -a est aqua de coriis vel, quod est verius, aqua de sentina, dicta a nautis (nauciis *var. l.,* navigiis *coni. Müller; affert l. 7. 10*). **b** *respicitur herba*: FEST. p. 165 (*suppl. e* PAVLO) ⟨-am ait Opi⟩llus Aurelius, herbae ⟨genus esse granis nigris⟩, qua coriari utuntur, ⟨cuius videri a nave duc⟩tum nomen, quia nauseam fa⟨cit ...⟩ (*affert l. 4. 9sq.. nec non* ⟨Labe⟩o *iuris consultus aut* ⟨Stil⟩o *grammaticus; v. Pieroni, comm. 2004, 79*).

**2** *forma* notia ([*cf. p. 255, 63sqq.*]. *e qua corrupta* nona *l. 21; non nisi de herba*): PLIN. nat. 24, 175 -a (nodia *codd., restit. ex indice* 1, 24, 115) herba coriariorum officinis familiaris est aliis aliisve nominibus *eqs.* PS. APVL. herb. interpol. 67 adn. 8 (*inter nomina bryoniae*) nona (*cf. herb. 67 l. 6* a Graecis dicitur brionia, ... Romani ova [*i.* uva] taminia, Itali vitis alba, alii coriaria *eqs.*). MARCELL. med. 35, 23 remedium ad arthrisin: ... -ae p(ondo) III. DIOSC. gr. Vind. 4, 182 βρυωνία λευκή· ... Ῥωμαῖοι νότιαμ, οἱ δὲ ἔρβα κοριάρια, οἱ δὲ κουκούρβιτα ἠρράτικα. ORIBAS. syn. 9 add. La p. 398 de unguentis ad podagras et omnes dolores: ... nodiae radices, id est brioniae *tantum* (*postea*: brionia *solum*). *Gitner.*

*?***nautibellum:** pugnam maritimam facere GLOSS.$^L$ II Abav. NA 27. *obscurum; subestne* navat bellum *sim.?* *Schrickx.*

**nauticārius,** -ī *m.* *a* nauticus. *abbrev.* naut *l. 39.* *non nisi plur. de eis, qui pertinent ad partem quendam* corporis mensorum (frumentariorum, *v. vol. VIII 754, 25sqq.*) *Ostiensis, sc. iuxta partes* adiutorum *et* acceptorum, *aut collegium distinctum* (*ad rem v. Granino Cecere, Röm. Mitt. 106, 1999, 339sqq., qui complectitur, quid censuerint docti; de munere -orum parum liquet; fort. intellegas e p. 258, 13*): CIL XIV 2 (*a. 197*) *cuiusdam* patro(ni) et q(uin)q(uennalis) p(er)p(etui) c(orporis) m(ensorum) adiutor(um) et ... *cuiusdam* q(uin)q(uennalis) -orum et ... *cuiusdam* q(uin)q(uennalis) (iterum) acceptorum. INSCR. Année Épigr. 1999 n. 410 (*saec. II ex./III in.*) q(uin)q(uennali) corp(oris) mens(orum) naut(icariorum) Ost(iensium). CIL XIV 289 q(uin)q(uennali) corpor(is) mensor(um) ⟨frumenta⟩rior(um) -or(um) Ost(iensium).

※**nauticus,** -a, -um. *a gr.* ναυτικός (*quod resp. sub II p. 258, 3. 7. 21*) *vel a* nauta. *scribitur litt. gr. p. 257, 60.* *abbreviatur in titulis p. 258, 24sqq.* NOT. Tir. 109, 71 -us. 130, 35 -us (*man. pr.* -tac-). *de notione*: SYNON. Cic. p. 442, 13 res -a. res navalis (*v. p. 208, 24; cf.* GLOSS.$^L$ I Ansil. NA 191 -a res: n., maritima). *addas p. 257, 12. 63.* *legitur inde a* VARRONE, CIC. [*confunditur c.* nauta OROS. hist. 4, 19, 1; *restit. p. 258, 6.*]

**I** *adi.*: **A** *de hominibus, qui navali munere funguntur, rei navalis periti sunt sim., vel de coetibus nautarum*: VARRO Men. 276 navem conscendimus palustrem, quam -i equisones ... ducerent loro (*de re v. vol. V 2, 726, 44sqq.; de struct. nominali v. Krenkel, comm. 2002, ad l.* [*cf. fort.* TAC. *l. 58*]). BELL. Alex. 12, 4 -i homines urbis et regionis maritimae cotidianoque usu ... exercitati, *sc. Alexandrini* (*cf. p. 257, 69*). LIV. 43, 7, 11 *Chalcidenses queruntur* domos suas plenas turba -a esse (*antea*: navales socios). SIL. 6, 351 -a pubes aut ... stringunt remos aut ... transtra novant (AVSON. Mos. 228. 238 ARATOR act. 2, 1094). TAC. Agr. 25, 1 pedes equesque et -us miles mixti. FLOR. epit. 2, 7, 8 Rhodii, -us populus. HIST. AVG. Aur. 19, 7 condiciones sibi et -as et gladiatorias elegisse *uxorem imperatoris* (*de respectu virilitatis cf. p. 258, 17*). VVLG. III reg. 9, 27 servos suos, viros -os et gnaros maris (*cf. p. 258, 6*).

**B** *de rebus* (*etiam de deis, qui a nautis adorantur, v. p. 257, 29*): **1** *usu communi*: **a** *de eis, quae pertinent ad naves, classem earumve sunt propria sim.* (*navis ipsa circumscribitur l. 68. 75; hucine p. 257, 38. 42?*): CIC. Manil. 55 (*de rostris*) *hunc locum* exuviis -is et classium spoliis ornatum. SALL. hist. frg. 1, 124 castra -a (NEP. Alc. 8, 5. Hann. 11, 6 *Pergameni* puppes averterunt seque ad sua c. -a rettulerunt). VERG. ecl. 4, 38 *non* -a pinus mutabit merces. HOR. sat. 2, 3, 106 si quis emat ... -a vela aversus mercaturis *eqs.* LIV. 22, 20, 6 vis sparti ⟨erat⟩ ad rem -am congesta. 30, 10, 3 -o instrumento aptae ... classi (DICT. 5, 17). FEST. p. 70 pelles -as, quas nos vocamus segestria. p. 330 funis -us in orbem convolutus (PAVL. FEST. p. 224. COLVM. 11, 3, 5 *id* inlinitur vel -is veteribus f. vel quibuslibet aliis restibus. *cf.* FEST. p. 265 restes). DON. Ter. Phorm. praef. 1, 1 stramen (*sc.* φορμίον). DICT. 1, 18 multi, qui ob artis peritiam necessarii -o apparatui credebantur. COMM. instr. 2, 2, 15 puppes (*de eadem re:*

*apol. 1014* navis). Gloss.$^{L}$ I Ansil. ar 68 arbore mali (*Verg. Aen. 5, 504*): arbore -a[e].

**b** *de eis, quae pertinent ad nautas, milites classicos, ab eis adhiberi solent sim.*: **α** *de cantu, clamore, celeumate sim.* (*de re v. Horsfall, comm. 2006, ad* Verg. Aen. 3, 128): Cic. nat. deor. 2, 89 *Argonautis* visis auditoque -o cantu (*cf.* Paneg. 10, 12, 7 magis opus erat -o carmine quam labore). Verg. Aen. 3, 128 -us ... clamor (5, 141 ferit aethera. Lvcan. 2, 689 ne litora ... exagitet. Val. Fl. 1, 187 Sil. 11, 488. Rvfin. Greg. Naz. orat. 1, 81, 2 in navali certamine ... c. -us intonat [*Migne gr. 35, 488$^{A}$ κελευστῶν φωναῖς*]. Prvd. c. Symm. 2 praef. 11 [*ad Matth. 14, 24*]. Val. Cem. hom. 20, 7 [*de avaritia*] *in* procella altum mare -us c. incusat. Gloss.$^{L}$ I Ansil. ce 185 celeuma: c. -us. na 192 sq. -us c.: celeuma; nautarum vox). Liv. 22, 19, 7 pulsu remorum strepituque alio -o exaudito. Stat. Theb. 4, 813 -us in remis iuvenum monstrante magistro fit sonus. Mart. 4, 64, 21 -um celeuma (Serv. auct. Aen. 3, 129). Clavd. 26, 271 lamenta. Carm. de Iona 42 -us ... gemitus voxque. **β** *de sermone techn.* (*cf. p. 258, 4. 18. 20*): Cic. Att. 13, 21, 3 *'inhibere'* est ... verbum totum -um (Serv. auct. Aen. 1, 534 'cursus'. 5, 1 'tenebat' -o usus est v. Isid. diff. 1, 335 [233 C.]. *al. in schol. Verg., Lucan.*). Serv. georg. 2, 44 'lege' -us sermo (Aen. 3, 291 'abscondimus'. auct. Aen. 1, 244 'superare'. Schol. Stat. Theb. 3, 325 [*in parte codd.*]). Pavl. Nol. epist. 49, 3 p. 393, 2 sicut -o usu dicitur. **γ** *cetera exempla*: Varro rust. 2, 11, 11 capra e pilis ministrat ad usum -um *eqs.* (*sc. ad restes sim.; cf. p. 258, 11*). Liv. 22, 19, 10 militum apparatu -a ministeria impediuntur, trepidatione nautarum capere ... arma miles prohibetur (Frontin. strat. 4, 7, 10 ut perterriti milites a dimicatione et -is m. impedirentur [-i *Lipsius, ut ad IIA pertineat; an scribas* -i a ministeriis*?*]). Plin. nat. 22, 138 -us panis (Plin. med. 2, 6, 2 Marcell. med. 27, 133). Tert. apol. 10, 5 masculos feminas, rusticos urbanos, -os militares, *sc. deos.* adv. Val. 12, 2 (*vix pro subst.*) videmus cotidie -orum lascivias gaudiorum (*antea p. 211, 52; postea*: nautae ad symbolam ... exultant). Paneg. 8, 12, 1 ad munia -a ... eruditis. 8, 18, 6 -ae rebellionis. Veg. mil. 4, 40, 2 -ae observationis curam. Pavl. Nol. carm. 24, 320 *naufragus* caligis ... donatus est, ne -o erraret pede ('naufrago *fort.' Hartel coll. 387* veste ... naufraga; *sed agi vid. de nuditate, ut* 24, 347 velut expeditus navita de nuditatis -ae consortio. *cf. p. 258, 9*). epist. 49, 10 de stipendiis et peculiis -is. Petr. Chrys. serm. 8, 3 *gubernator* -is laboribus occupatur (*cf. l. 7*). 50, 1 (*ad Matth. 9, 1*) ut ... lacus transitum sub mercede -a transfretaret. Sidon. carm. 2, 505 *quendam* -us urit aestus (*sc. cura sim.; nisi de navis motu* [*coll. Catull. 25, 12sq. dolore* aestues velut ... deprensa navis], *ut ad a pertineat*). 23, 17 *Massilia Caesaris* Martem tulit ... et *Decimo* Bruto duce -um furorem (*sc. a. 49 a. Chr.*). epist. 1, 5, 6 *flumen sordidabatur* -is cuspidibus (*i. contis; nisi ad a*). *al.*

**c** *in locut. ceteris, quae fere ad rem navalem, navigationem pertinent*: Cic. nat. deor. 2, 152 *mari et ventis moderamur* propter -arum rerum scientiam (Caes. Gall. 3, 8, 1 scientia atque usu -arum r. Cvrt. 9, 10, 3 -ae rei peritis. Oros. hist. 4, 9, 1. *cf. p. 256, 45sq. 69*). Fest. p. 214 percunctatio *dicitur* ... ex -o usu (*cf. l. 22. 23*). Frontin. strat. 3, 13, 6 -ae artis peritum (Flor. epit. 2, 2, 8 longe illis *hostium navibus* -ae artes [*sc. aberant*]: detorquere remos *eqs.* Rvfin. Orig. princ. 3, 1, 19 p. 232, 33 [*gr. ἡ κυβερνητικὴ τέχνη*]. Rvstic. Conc.$^{S}$ I 4 p. 165, 23). Clavd. Don. Aen. 5, 280 p. 453, 29 disciplinam.

**2** *usu peculiari*: **a** *de pecunia, quae in navigatione mercatoria collocatur* (*cf. gr. τὸ ναυτικόν, ὁ ναυτικὸς τόκος. de re v. e. g. Andreau, Der neue Pauly XI 320sq.; in contextu occurrit* traiecticia pecunia): Scaev. dig. 45, 1, 122, 1 Callimachus mutuam pecuniam -am accepit (Vlp. dig. 4, 9, 1, 7 si pignori merces accepero ob p. -am. Mod. dig. 22, 2, 3). Cod. Iust. 4, 33, 4 (*a. 284/92*) te -um fenus ... dedisse (4, 33 rubr. Dig. 22, 2 rubr.). **b** *in nomine herbae* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 215*): Ps. Apvl. herb. 6 l. 12 (*inter nomina herbae Veneriae*) acorum ... alii radix -a (*cf.* Diosc. gr. Vind. 1, 2 *ἄκορον ... οἱ δὲ ναύτικα ῥάδιξ. inde restituas* Gloss. III 575, 20 radix nociva i(dest) acoro).

**II** *pro subst.*: **A** *masc., fere i. q. nauta* (*plur. praeter* Gloss.$^{L}$ I Ansil. na 194 -us: nauta. *de gr. ναυτικοί pro subst. v. Mauersberger, Polybios-Lex., s. v. II; variat in contextu c.* nauta *l. 25. 30 [cf. 73. p. 258, 23]; fort. huc pertinet l. 26sq.. p. 256, 51*): **1** *usu communi de rei navalis peritis, de eis qui navigant, funguntur officio quodam in navi* (*longā e. g. l. 71. 75. p. 258, 19. al.; disting.* milites *l. 71* [*cf. l. 24sqq.*], vectores *p. 258, 16; de hominibus altioris ordinis vel naucleris agi vid. maxime p. 258, 13*): Bell. Alex. 16, 5 maritimis -isque, *sc. Alexandrinis,* sollertia atque ars praesidium *non ferunt* (*cf. p. 256, 53*). Liv. 29, 25, 5 milites ut naves ... conscenderent, *curavit ...*; *classis praefectus* -os ... in navibus ante conscendere coactos continuit. 30, 25, 11 iussus e -is unus escendere in malum. 39, 26, 4 quos portus mercatores aut -i petant. 41, 3, 1 (*postea*: nautae). *al.* Sen. dial. 1, 4, 13 sunt -is corpora ferendo mari dura. nat. 1, 2, 5. Cvrt. 9, 9, 4 hortari -os coepit, incumberent remis. 9, 9, 7 remigant. 9, 9, 26 militum -orum⟨que⟩ insperatam salutem ... celebrantium. Plin. nat. 9, 100 quod, *sc. echinos se opperire lapillis,* ubi videre -i *eqs.* (*de eadem re*: Evstath. Basil. hex. 7, 5, 7 [*6 navigantibus; gr. p. 160$^{A}$ οἱ ναυτικοί*]). 16, 178. Gell. 2, 22, 8 *ventus a* Romanis -is 'subsolanus' cognominatur. Apvl. met. 11, 17, 3 (*iuxta* navibus). Vet. Lat. III reg. 9, 27 (cod. 91. *al., sim.* Vvlg. *p. 256, 61*) misit ... Hiram in classe illa servos suos, -os et gnaros maris (*ed. pro* canticos *codd. sec. gr. τῶν παίδων αὐτοῦ ἄνδρας ναυτικούς*). Firm. math. 4, 14, 14 naucleros, -os vel gubernatores. Avr. Vict. Caes. 16, 2 *uxor imperatoris elegit* ex -is, quia plerumque nudi agunt, flagitiis aptiores (*de nuditate cf. p. 257, 33sqq.*). Ps. Hil. libell. 5 p. 75, 8 *ut deus* signis rusticos et -os erudiret. Avien. ora 220 *capellae* castrorum in usum et -is velamina ... saetas alunt (*subest Verg. georg. 3, 313* nautis; *de re cf. p. 257, 23*). Cod. Theod. 14, 15, 2 (*a. 366*) -i apud curatorum vel magistratuum acta fateantur incorruptas sese species suscepisse *eqs.* Amm. 15, 9, 1 desides -os attrita lintea ... inter fluctus resarcire coactos. 16, 12, 51 (*disting.* vectores). Hist. Avg. Heliog. 8, 7 (*6* bene vasatorum hominum) ut ex tota ... urbe atque ex -is *viriliores* ... quaererentur. Clavd. Don. Aen. 3, 705 p. 351, 9 saxa caeca sunt, quae -i dicunt subaquanea. Veg. mil. 4, 43, 1 -orum gubernatorumque sollertia est loca ... portusque cognoscere (*seq. p. 210, 73*). Ambr. hex. 5, 13, 40 quos *dies serenitatis* et alcyonidas vocant *-i* (*de eadem re*: Evstath. Basil. hex. 8, 5, 15 [*gr. p. 177$^{B}$ ναυτικοί*]). Evstath. Basil. hex. 4, 7, 4 (*gr. p. 93$^{B}$ τῶν ναυτιλλομένων*). Cassiod. compl. in act. 27, 13 (*postea*: nautas). Caes. Arel. serm. 1, 19 p. 18, 17 (*opp.* gubernatores navium). *al.* **2** *usu peculiari de militibus* coh(ortis) -orum (*praeter l. 33 in tit. saec. I$^{1}$ fere Cemeneli inventis; abbreviatur plerumque* naut [nautic *l. 30, contrahitur* nto *l. 29*]. *de re v. Oorthuijs, Marines and Mariners ..., in: The Impact of the Roman Army, 2007, 172sqq.*): Inscr. Alp. maritim. Morabito 190 mil(iti) co⟨h(ortis)⟩ na⟨ut(icorum)⟩ tubic(ini). 191 coh. n(au)t(ic)o(rum) (centuria) Eriponi. 195 miles coh. naut(icorum) (centuria) *cuiusdam.* 197 coh. nautic(orum) (centuria) Pacati. 199. 231 mi⟨l(itis)⟩ ... coh. naut(icorum). *huc fort. pertinet*: Const. veteran. (CIL XVI 82; *a. 135*) int. 7 (*contextu manco inter nomina cohortium*) ⌊⟨...⟩n⌋ naut(icorum) et (primae) B(a)et(asiorum) *eqs.* (nautarum *solvit Nesselhauf dubitanter*; ⌊ ⌋ *e. g. de* ⟨Me⟩n(apiorum) *cogitat Jarret, Britannia 25, 1994, 63*).

**B** *neutr.*: *sing.* -um *pro obi. interiore q. d. (acc. pro adv.?), siquidem recte trad.*: Verg. catal. 13, 23 propter Thybrim olentīs -um vocare (nauteam *temptaverim, v. Glotta 92, 2016*). *plur.* -a *in tit. operis*: Hist. Avg. Car. 11, 2 qui *Nemesianus* ... ⌊-a⌋ scripsit (*codd.,* -*á edd.; v. app. crit.*).

*deriv.*: nauticarius. *cf. Onom.* *Gitner.*

**nautilos** *et* **nautilus**, (-ī) *m.*, *ναυτίλος.* *genus conchyliorum* (*i. q. 'Argonauta argo' L., ut vid.; cf. Leitner, Zool. Terminol. Plin., 1972, 179 et* nauplius): Plin. nat. 9, 88 qui *polypus* vocatur -os (*subest Arist. hist. anim. 622b5 ναυτίλος*). Pol. Silv. chron. I p. 544, 7 (*inter nomina natantium*) -us (nautulis *cod.*).

*cf. Onom.* *Schrickx.*

⊠**nāvus**, -a, -um. [*a* *ĝn̥ə$_3$-u̯o-, *cui radix* ĝneə$_3$- *'cognoscere' subest (v. Rix et al., Lex. der indogerm. Verben, $^{2}$2001, 168sq.); cf. Walde-Hofmann II 861; de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 268. Mei.*] *de origine*: Fest. p. 166 -us celer ac strenuus, a navium velocitate videtur dictus (*affert* Enn. *p. 259, 5. 10.* Plavt. *p. 259, 49; idem veriloquium* Char. gramm. p. 402, 16 -us a praecipuo navis cursu dicitur, vel alterius causa -us, qui studet per officium suum alteri prodesse. *cf. infra p. 259, 51. 62*). *de scriptura* (*cf. p. 259, 52sqq.*): Cic. orat. 158 'noti' erant et '-i' et 'nari', quibus cum 'in' praeponi oporteret, dulcius visum est 'ignotos', 'ignavos', 'ignaros' dicere, quam ut veritas postulabat. Mar. Victorin. gramm. 4, 7 quaedam nos paucioribus litteris scribimus, quam antiqui scribebant, ut 'narus, -us, natus, nosco'; nam illi has voces ... g anteposita scribebant. Cassiod. gramm. VII 208, 9 (*e Prisc.*) 'gnatus' per g et n scribendum est, sicut '-us', quia in compositione ipsam retinent g, ut 'agnatus' et 'ignavus'. *ordo glossarum testatur tam* n- *quam* gn- (*v. Goetz in indice s. vv.* gnavus *et* navus). *scribitur in codd. ant.* n- Fronto p. 180, 2. 229, 16, gn- Cic. Verr. II 3, 53 (*V*). *compar.* -ior Ivl. Val. 1, 44 l. 1397 Coripp. Ioh. 6, 422; *superl. deest.* *de notione* (*adde l. 49sqq. p. 259, 46*): Serv. Aen. 1, 435 industrios -os dicimus (*cf. p. 259, 16*). Diff. Suet. p. 310, 7 is, qui celer est, -us est, qui piger est, ignavus. Synon. Cic. p. 431, 17 impiger. agilis. velox. -us *eqs.* Isid. orig. 19, 1, 8 navem quidam perhibent dictam eo quod -um rectorem quaerat, id est ⌊peritum, sapientem⌋, strenuum (⌊ ⌋ *fort. subest confusio c.* gnarus, *ut e. g.* Gloss. gnavus: fortis, agilis. sapiens. navus: *ἐντρεχής. εἰδήμων*). Gloss. gnavus: fortis. *al.* navus: *γενναῖος. ἔμπρακτος, εὐστραφής, εὐκίνητος.* efficax. impiger, strenuus vel obsequens. celer, industrius. vigilans. *al.* *legitur apud* Enn. *et inde a* Rhet. Her., Cic. **[***confunditur in codd. c.* ignavus Rhet. Her. 4, 21, 29 Cic. Verr. II 3, 120 Ov. trist. 5, 3, 37 (*coni. Puteanus* Titin. com. 48), novus *p. 259, 23. 44 (restit. p. 259, 8); restit. pro* vanus *p. 259, 27sq. 35. 41sq.***]**

*[Hajdú]*

*i. q. impiger, strenuus, industrius* (*syn. et iuxta pos. e. g.* industrius *l. 7sq. 24* [*cf. p. 258, 64. 71*], gratiosus *l. 9sq. 15,* agilis *l. 18. 20* [*cf. p. 258, 66. 69*], impiger *l. 24* [*cf. p. 258, 66. 70*], strenuus *l. 21sq. [cf. p. 258, 49. 68. 70]; opp.* vanus *l. 7; pendet inf., ut vid., l. 38*): **1** *de hominibus* (*dea l. 19; pro subst. masc. l. 18*): ENN. ann. 177 -us repertus homo Graio patre Graius homo rex (RHET. Her. 4, 21, 29 videte, iudices, utrum h. -o an vano credere malitis. CIC. Verr. II 3, 53 h. -us et industrius. Manil. 18 h. -i atque industrii ... in Asia negotiantur. Q. CIC. pet. 8 h. -o [novo *trad.*], industrio, ... gratioso apud eos, qui res iudicant, optandi competitores ... sicarii. 29 -os h. et gratiosos complectere). 427 -orum imperium servare est induperantum. CIC. Verr. II 3, 120 accidit ..., ut permulti locupletes homines, magni et -i aratores, agros ... desererent. 3, 161 *liberos* erudire ad maiorum instituta ... debuisti; esset ex inerti atque improbo ... parente -us ... et probus filius. Q. CIC. pet. 29 multi libertini in foro gratiosi -ique versantur. HOR. epist. 1, 6, 20 -us mane forum et vespertinus pete tectum, ne plus frumenti dotalibus emetat agris Mutus (SCHOL. industris, cui contrarium ignavus). 1, 18, 90 oderunt ... sedatum celeres, agilem -umque remissi. OV. Pont. 1, 10, 12 nectar et ambrosiam ... det mihi formosa -a Iuventa manu (*cf. l. 33*). VELL. 2, 105, 2 virum ... -um agilem providum (FRONTO p. 180, 2 ausi ... sunt nonnulli, -i scilicet et strenui v., codicillos ... obsignare. GELL. 14, 3, 4 ut *Plato* ... v. quidem Cyrum -um et strenuum fuisse dixerit *eqs.*). SEN. Herc. O. 567 in tempore ipso -us occurrit Lichas (novus *var. l.*). COLVM. 7, 9, 10 sit *custos suum* ... vigilax inpiger industrius -us. 11, 1, 16 in agresti negotio dici vix potest, quid -us operarius ignavo et cessatore praestet. SIL. 1, 562 hinc puer invalidique senes, hinc femina ferre certat opem in dubiis miserando -a labori (vana *codd. plerique*). 17, 125 contra -a manus Rutuli celsusque ruebat ... exercitus (vana *trad., corr. in cod. uno*). FRONTO p. 229, 16 avom ... vestrum, doctum principem et -om. IVL. VAL. 1, 44 l. 1397 probatis hostium -ioribus, qui pro patria fortiter oppetissent (*postea*: strenuus; *gr. 1, 41, 12 ἀνδρωδεστάτους*). *al.* **2** *de qualitatibus affectibusque humanis*: OV. trist. 5, 3, 37 sic tibi cum Bacchis Satyrorum -a iuventus adsit ([grava *var. l.*]. *cf.* iuventa: CALP. ecl. 5, 11 [*pater filio*] iam certe potes insudare labori, iam pro me -am potes exercere i. SIL. 5, 412 laurigeris decus illud avis -aque i. florebat [vana *trad.*]. *aliter l. 19*). LIV. 3, 41, 8 in Fabio minus in bono constans quam -um in malitia ingenium esse. CALP. ecl. 5, 105 sedulitas. SIL. 7, 350 instat trepidis stimulatque ruentes -us abire timor. STAT. silv. 5, 1, 76 *Fortuna* vidit ... pii iuvenis -amque quietem intactamque fidem. **3** *de actionibus negotiisque humanis*: VELL. 2, 120, 3 (1) legatus ... -a virilique opera duarum legionum ... exercitum ... servavit. SIL. 1, 549 Iuno adspectans ... -a rudimenta et primos in Marte calores (vana *codd. plerique*). 4, 485 dies rapti *sunt* cursu -oque labore (vano *trad.*). SVET. Claud. 1, 2 Drusus ... trans ... Rhenum fossas -i et immensi operis effecit, quae nunc adhuc Drusinae vocantur (novi *var. l.*). IVL. VAL. 1, 36 l. 1192 quorum *vicorum* ⌊-o auxilio⌋ ad operam bellicam usus erat (⌊ ⌋ -i a. *trad., restit. sec.* GLOSS. -o a.: forti a. *cf. gr. 1, 35, 9 γενναίως*).

*adv.* **nāvē.** *de formis v. l. 55sqq.* *i. q. modo navo*: PLAVT. Friv. frg. 6 -e agere oportet, quod agas, non ductarier. SALL. Iug. 77, 3 *Leptitani* cuncta a Bestia ... imperata -e fecerant.

*adv.* ※**nāviter.** *de origine*: DON. Ter. Eun. 51 -r a navi ductum, a qua in alto nullum diversorium est (*cf. p. 258, 49sqq.*). *scribitur* n- *in inscr. p. 260, 5 et in codd. ant.* TER. Eun. 51 (*A*). LIV. 24, 23, 9 (*P, ut* 30, 4, 5). 43, 7, 3 (*V*). FRONTO p. 44, 8 (*sed* gn- 209, 17). *al.; tam* n- *quam* gn- *testatur ordo glossarum (v. l. 59sqq.); cf. p. 258, 53sqq.* *de formis* nave *et* -r: CHAR. gramm. p. 145, 9 sqq. (*v. vol. VII 2, 975, 12sqq., cf. etiam* PROB. nom. gramm. IV 211, 2). p. 148, 29 dixerunt veteres -r duriter humaniter, quae nos nave dure humane (*sim.* DIOM. gramm. I 406, 35). *de notione*: SYNON. Cic. p. 441, 2 propere. ... velociter. -r *eqs.* GLOSS. gnaviter: recte, utiliter, velociter. scienter vel sapienter (*cf. p. 258, 68*). naviter: σπουδαίως. ἰσχυρῶς. est bene et industrie et caute, ut navis fit vel gubernator, tractum a navi. studiose vel fortiter. strenue, viriliter. *al.* *legitur in versibus apud* TER., LVCR., HOR. (nave *iam* PLAVT. *l. 49*), *in prosa orat. inde a* SISENNA, CIC. [*confunditur in codd. c.* graviter IVL. VAL. 2, 17 l. 348 AVG. epist. 44, 13 ord. 2, 19, 51 CASSIOD. var. 8, 30, 2. *al.,* noviter CASSIAN. conl. 16, 3, 4 COD. Iust. 7, 37, 3, 1 CASSIOD. var. 8, 30, 2, navanter *p. 260, 1* (*cf. p. 246, 57sq. 60*).]

*i. q. modo navo (syn. et iuxta pos. e. g.* bene *l. 73 et fort. p. 260, 24* [*cf. l. 61*], efficaciter *p. 260, 41,* constanter *p. 260, 38,* alacriter *p. 260, 46,* sine fatigatione *p. 260, 19); accedit ad verba* (*ad adi. p. 260, 24*): **1** *quae animi viriumque intentionem indicant*: TER. Eun. 51 si incipies neque pertendes -r, ... peristi (SCHOL. p. 96, 12 -r: strenue). LIV. 43, 7, 3 si Cretenses bene ac -r destinarent ... populi Romani ... amicitiam habere. GELL. 7, 10 tit. hortari adulescentes ... ad philosophiam -r sectandam. HEGES. 5, 52, 2 Silva -r *insistens* iniuncto sibi muneri Masadae murum ariete dissolvit (CASSIOD. var. 8, 30, 2 huic ... operi -r insistere [navanter *var. l. rhythmo commendatur*]). AVG. epist. 44, 13 ut ... -r instetis, ut res coepta peragatur. VICTRIC. 7 l. 6 si animum -r quispiam intendat. MACR. Sat. 1 praef. 2 haec ..., quibus ediscendis -r ipse invigilas. CIL X 6850, 8 (*aet. Theoderici, ut inscr. gemina* 6851, 15) operi iniuncto -r insudante. **2** *se movendi*: SISENNA Miles. frg. 4 quid nunc ostium scalpis, quid tergiversaris nec bene -r is? (*cf. l. 24 et* SEN. dial. 8, 1, 4 quin tu bene -r, si partium piget, transfugis potius quam prodis?). COLVM. 11, 1, 16 in itinere conficiendo saepe dimidio maturius pervenit is, qui -r et sine ullis concessationibus permeavit, quam is, qui ... aurae refrigerationem captavit. APVL. met. 6, 1, 3 -r emensis celsioribus iugis pulvinaribus sese proximam intulit *Psyche*. 6, 10, 5 formicula ... discurrens -r convocat ... cunctam formicarum accolarum classem. 10, 24, 4 -r ... festinat. *al.* ITIN. Alex. 43, 98 -r satis et inpigre incursarant. *al.* **3** *efficiendi*: HOR. epist. 1, 1, 24 mihi tarda fluunt ... tempora, quae spem consiliumque morantur agendi -r id, quod aeque pauperibus prodest, locupletibus aeque. LIV. 24, 23, 9 quod volebant, non quam maturato opus erat, -r expediebant. APVL. met. 6, 21, 4 provinciam, quae tibi ... mandata est, exsequere -r. PS. AVG. serm. dub. 366, 4 ut universas *vias* -r te et sine fatigatione *peregisse* congaudeas (REG. eccl. Carth. l. 414 *necessitates* -r peragendas implere). CASSIAN. conl. 16, 3, 4 ut ... illud, quo propheta admodum delectatur, -r *impleatis* (CASSIOD. in psalm. 40, 2 l. 45 ut ... coeptum opus ... -r impleamus). **4** *varia*: CIC. fam. 5, 12, 3 qui semel verecundiae finis transierit, eum bene ⌊et⌋ -r oportet esse impudentem (⌊ ⌋ *del. Orelli; cf. l. 7*). LVCR. 1, 525 alternis ... corpus inani distinctum, quoniam nec plenum -r exstat nec porro vacuum. LIV. 10, 39, 6 aliquamdiu nec cessatum ab armis est neque -r pugnatum (*cf.* 30, 4, 5 tempus esse aut pacem componi aut bellum -r geri. ITIN. Alex. 26, 62 -r bellans). FRONTO p. 44, 8 longiores *gnomas* ... bis ac ter converte -r, audacter. p. 209, 17 permultum ... interest ... -r milites in campo exercere. GELL. 15, 4, 3 in ea provincia satis -r versatus *est quidam.* APVL. met. 2, 17, 3 comminus in aspectum, si vir es, derige et grassare -r et occide moriturus. 4, 12, 3 cuncta rerum -r emolitus *latro*. 6, 16, 2 quae talibus praeceptis meis obtemperasti -r (*cf.* GAVDENT. serm. 6, 15 si praecepto domini ... -r pareamus). 7, 11, 2 adgressus insigni facilitate -r cuncta praeministrat. 11, 23, 1. Plat. 1, 12 p. 206 susceptam provinciam (providentiam *trad., corr. Thomas*) dii secundae providentiae ita -r retinent, ut *eqs.* (*cf.* AVG. ord. 2, 19, 51 si vestra studia ... rectum ... ordinem ... omnino -r constanterque tenuerint). TERT. adv. Hermog. 3, 5 -r scriptura nobis patrocinatur, quae utrumque nomen, *sc. domini et dei,* ... distinxit. IVL. VAL. 2, 17 l. 348 Alcibiadem legationes vestras -r ... et efficaciter prosecutum. SYMM. epist. 1, 61 ais te ... impediri, quominus -r amicorum carissimos adloquaris. AMBR. in psalm. 118 serm. 2, 23, 2 eripere locum alteri, qui -r eum possit tueri (*cf.* COD. Theod. 6, 27, 23 auctoritas tua, quae ... decernimus, -r servanda et custodienda cognoscat). AVG. civ. 9, 4 p. 372, 30 hominem sciendi studio -r accensum. POSSID. vita Aug. 9, 1 alacriter ac -r pullulante atque crescente domini ecclesia. SIDON. epist. 6, 9, 3 -r morem gessit iniunctis. *al.*

*deriv.*: navitas, navo. *cf. Onom.* *Hajdú.*

**nauxia** *v.* nausea. **[naxa** *in var. l. pro* nassa *p. 114, 49.***]**

**naxium,** -ī *n.* *subst. ex adi.* Naxius (*Νάξιος*). *i. q. harena cotis Naxiae, sc. marmori, gemmis secandis, poliendis sim. apta* (*ad rem v. Blümner, Technol. III 198sq. 286sq.*): PLIN. nat. 36, 54 (*inde* 1, 36, 10 de harenis, quibus secantur *marmora*; de -o [na(c)xo *var. ll.*], de armenio) signis e marmore poliendis gemmisque etiam scalpendis atque limandis -um (-xum *var. l.*) diu placuit ante alia; ita vocantur cotes in ⌊Cypro⌋ insula genitae (⌊ ⌋ supra dicta *Eichholz, vix recte; cf. 36, 52 harenae* Naxiae). 37, 109 ceterae *gemmae* ⌊nax⟨i⟩o⌋ et cotibus poliuntur (⌊ ⌋ *trad. etiam* saxo). *cf. adi.* Naxia *l. 56 et Plin. nat. 36, 164 coti* N. (*de ipso lapide*). *Diosc. 5, 175 p. 240, 3* coticula olearis, qu(a)e N. dicitur (*gr. 5, 149 ἀκόνης Ναξίας τὸ ἀπότριμμα*).

*cf. Onom.* (Naxius). *Spoth.*

**[nazacare** *in var. l. falsa* ALEX. TRALL. 2, 73 (*ita ed. Lugd. 1504 et [ut nos docuit Langslow] pars codd.*); mazachare *cod. Andecav.,* machacarus *Paris.,* medulle aut mazacara *Oxon.; gr. II 403 nihil resp., sed excidisse aliquid suspic. Langslow; cf. vol. VIII 510, 70sqq.***]** *Blundell.*

**1.** ※**-ne** (-n) *particula.* [*a* 2. nē, *v. p. 279, 52. Mei.*] NOT. Tir. 4, 26 sq. hisne. hiscine. 4, 34 huiusne. 8, 82 haeccine. 8, 87 sqq. hosne. hasne. hoscine. hascine. hunccine. hanccine. 63, 83 sq. ideone. adeone. 63, 88 usque adeone. *de formis v. p. 277, 28sqq.* *de prosodia* (*v. etiam p. 284, 3*): PROB. inst. gramm. IV 145, 21 'ne', si gravem accentum habeat, erit coniunctio (*affert p. 268, 64*). DON. Ter. Andr. 17, 1 'ne' quidam corripiunt *eqs.* (*v. p. 279, 72*). SERV. Aen. 1, 116 pronuntiationis causa contra usum Latinum syllabis ultimis, quibus particulae adiunguntur, accentus tribuitur, ut 'musaque', 'illene', 'huiusce'. 10, 668 (*antea p. 269, 14*) moria, id est minores particulae, ut 'que, ne, ve, ce', quotiens iunguntur aliis

*[Schrickx]*

partibus, ante se accentum faciunt (*sim.* gramm. IV 427, 7). 12, 503 tanton: 'ton' circumflectitur. DIOM. gramm. I 433, 20 coniunctio ... copulativa 'que' et disiunctiva 've' et relativa (dubitativa *Caesarius*) 'ne' adiunctae verbis et ipsae amittunt fastigium et verbi antecedentis longius positum cacumen adducunt ac iuxta se proxime conlocant (*sim.* AVDAX gramm. VII 361, 3 [*affert p. 267, 40*]). VLT. SYLL. gramm. IV 248, 2 *'ne'* coniunctio ... si fuerit, corripitur (*affert p. 272, 63*). *al.* *de notione* (*v. etiam p. 267, 41. 268, 32. 43. 70. 276, 3*): VARRO ling. 10, 31 tertia *species verborum declinatuum est* rogandi, ut scribone, legone, scribisne, legisne (*item species declinatuum*: 10, 32). DON. Ter. Andr. 716, 2 'ne' adverbium percontantis est (*cf.* DOSITH. gramm. 40, 13 *adverbia* percunctandi ... *πότερον ἆρα*: utrumne [*sim.* CHAR. gramm. p. 244, 13]. EXC. Bob. gramm. I 562, 25 quidam hanc *secundam* personam in loco percunctandi posuerunt adiecta 'ne' syllaba, ut 'amasne'). DOSITH. gramm. 51, 7 disiunctivae *coniunctiones* ... ⌞*ἆρα*: ne⌟ ([*eadem* GLOSS. II 243, 39]. *item sub disiunctivis*: CHAR. gramm. p. 290, 4 [*ex Cominiano*] aut, ve, vel, ne, nec, neque. DIOM. *l. 3* [*affert p. 276, 1, ut* AGROEC. gramm. VII 121, 10 'ne' brevis coniunctio disiunctiva]. PS. ASPER gramm. suppl. 57, 19). PRISC. gramm. III 101, 9 sqq. dubitativae *coniunctiones* sunt, quae dubitationem significant, ut 'an', 'ne' correpta, 'necne' ... (*affert p. 271, 48*); frequentissime tamen eaedem interrogativae sunt ... (*affert p. 263, 37. 269, 13*); haec eadem, *i. 'ne'*, invenitur et pro confirmativa (*spectat ad caput prius, fort. simul ad* 2. nē; *affert p. 262, 4 et Hor. sat. 2, 3, 97* [*v. app. crit.*]). GLOSS. ne an: ne aut (ne: anne, aut, *quod coni. Goetz in indice, vix recte editur* GLOSS.[L] V Aa N 153). *al.* *legitur inde a* LIV. ANDR. *per totam fere latinitatem; frequentant auctores prisci, e. g.* PLAVT. (*ca. 1150ies*), TER. (*ca. 400ies*), *sed post* CIC. *rarius fit, maxime in orat. soluta* (*nota e. g.* SEN. *trag. ca. 80ies, sed philos. 35ies tantum*). [*confunditur in codd. maxime c.* -ve, *e. g.* CIC. fin. 4, 76 Att. 8, 9, 2 VERG. Aen. 12, 321 (*restit.* PLAVT. Aul. 360 CIC. div. 2, 142. *al.*; *in falsa var. l.* HOR. sat. 2, 7, 64 OV. met. 6, 330. *al.*; *falso trad.* PLAVT. Mil. 721). *loco corrupto* quone (*vel* quono) *sibi visus est legere Hauler* FRONTO p. 181, 13.]

*materiam sic digerendam esse censuimus*:

**CAPVT PRIVS**: *particula affirmativa*: *l. 71* (*repetuntur in responso voces [vel personae] interrogationis p. 262, 23*).

**CAPVT ALTERVM**: *particula interrogativa*:

- **I** *in interrogatione recta*:
  - **A** *simplici*:
    - **1** *per se interrogationem indicat*:
      - **a** *specimina pauca genera responsi illustrantia: p. 262, 33.*
      - **b** *exempla sec. genus et finem interrogationis digesta*:
        - **α** *generatim*: Ⓘ *usu vario: p. 263, 7.* Ⓘⓘ *quaeritur colloquii causa: p. 264, 23.*
        - **β** *interrogatio adhibetur ad actionem proponendam sim.: p. 266, 9.*
        - **γ** *interrogatio adhibetur ad ludibrium vel (ad)mirationem exprimendam*: Ⓘ *usus speciales, sc.* satin *p. 266, 55, in struct. verbali p. 266, 74.* Ⓘⓘ *usu vario: p. 267, 61.*
        - **δ** *usu deflexo iunctura* minusne *significat fere i. q. sin minus: p. 269, 16.*
    - **2** *iuxta aliam vocem interrog.: p. 269, 20.*
  - **B** *disiunctiva*:
    - **1** -ne *priori parti iungitur*: **a** -ne (...) an(ne): *p. 269, 64* (*electio praeparatur per* utrum *sim. p. 270, 63*). **b** -ne (...) necne: *p. 271, 40.* **c** -ne ... -ne: *p. 271, 43.* **d** -ne ... aut: *p. 271, 53.*
    - **2** -ne *posteriori parti iungitur: p. 271, 60.*
- **II** *in interrogatione obliqua*:
  - **A** *simplici*: **1** *per se interrogationem indicat: p. 272, 1.* **2** *iuxta aliam vocem interrog.: p. 273, 30.*
  - **B** *disiunctiva*:
    - **1** -ne *priori parti iungitur*: **a** -ne (...) an(ne): *p. 273, 57* (*electio praeparatur per* utrum *sim. p. 274, 69*). **b** -ne (...) necne: *p. 275, 55.* **c** -ne ... -ne: *p. 275, 73.* **d** utrumne ... aut: *p. 276, 18.*
    - **2** -ne *posteriori parti iungitur: p. 276, 26.*

*appendix syntactica et stilistica ad caput alterum: p. 276, 56.*
*iunctura* **necne**: *p. 278, 13.*

**CAPVT PRIVS:** *particula affirmativa* (*non nisi apud* PLAVT., TER., HOR. [*si recte huc p. 262, 5*]; *iungitur pronomini passim, sed* itane *p. 262, 29,* iamne *p. 262, 30; sunt qui huc trahant etiam locos sub p. 266, 74 sqq. [praecipue p. 267, 52 sqq.]. p. 268, 13 sqq. allatos*): **I** *exempla varia; iungitur pronomini*: *relat.* (*vix huc* PLAVT. Mil. 66): PLAVT. Cist. 654 nullam ego me vidisse credo magis anum excruciabilem, quam illaec est, quae dudum fassa est mi, quaene infitias eat. 675 quamne in manibus tenui ... cistellam, ubi ea sit, nescio (*sunt qui ad p. 273, 30 trahant, ita ut* q. ne ... ubi *pro* q. ... ubine *positum intellegatur; cf. p. 277, 63 sqq.*). HOR. sat. 1, 10, 21 o seri studiorum, quine putetis ... mirum, Rhodio quod Pitholeonti contigit (PORPH. 'ne' adiectum, ut 'egone', 'tune'; abundat 'ne' syllaba. SCHOL. 'quine' quasi 'curne' aut vacat 'ne', ut 'qui' pronomen sit. PRISC. *p. 261, 22. sunt qui constructionem e* 'qui putetis' *et* 'putatisne' *contractam intellegant*). *alii*: PLAVT. Curc. 139 tibine ego, si fidem servas mecum, vineam pro aurea statua statuam, quae tuo gutturi sit monumentum (TER. Ad. 770 tun [tu *var. l.*] si meus esses, ... exempla omnibus curarem, ut esses). Epid. 73 haecine ubi scibit senex, puppis pereunda est probe (541 plane hicine est, qui mihi in Epidauro primus pudicitiam perpulit. Mil. 309 hocine si miles sciat, credo hercle has sustollat aedis totas atque hunc in crucem. Most. 508 quid ... factum est? :: concrepuit foris. :: hicin percussit [*nisi ad caput alterum*]. TER. Andr. 478 hicin me, si inparatum in veris nuptiis adortus esset, quos mihi ludos redderet!). Mil. 565 egone si post hunc diem muttivero, etiam quod egomet certo sciam, dato excruciandum me (936 egone hoc si efficiam plane, ut concubinam militis meus hospes habeat hodie ..., quid tibi ego mittam muneris! Poen. 428 egone, egone, si istuc lepide ecfexis – :: i modo [*nisi ad caput alterum*]. TER. Haut. 950 sed Syrum ... egone, si vivo, adeo exornatum dabo ..., ut *eqs.*). **II** *repetuntur in responso voces (vel personae) interrogationis* (*particula fort. per iocum repetitur; coni. Leo* PLAVT. Most. 580 reddeturne [*ad p. 263, 7*] ... faenus? :: reddeturne [reddetur nunc *trad.*, reddet nunc *Guietus*]): PLAVT. Capt. 857 quin ita faciam, ut ⟨tu⟩te cupias facere sumptum, etsi ego vetem. :: ⌞egone?⌟ :: tune (⌞ ⌟ *ad p. 264, 27; item repetitur persona per pron.*: Epid. 575. Mil. 439 tu⟨ne⟩. Stich. 632 [*secum loq.*] egone? tune. mihine? tibine. Trin. 634). Persa 220 ⌞itane est?⌟ :: itane est (⌞ ⌟ *ad p. 265, 1*). Truc. 696 ⌞iamne autem ut soles?⌟ :: iamne nihil dico (⌞ ⌟ *ad p. 266, 33*).

**CAPVT ALTERVM:** *particula interrogativa*: **I** *in interrogatione recta*: **A** *simplici*: **1** *per se interrogationem indicat*: **a** *specimina pauca genera responsi illustrantia*: **α** *praemonenda de responso exspectato*: *saepe non apparet, quid exspectetur vel exspectari debeat; hic illic, ita ut post* nonne, *exspectatur affirmatio (e. g. ubi locutor quaerit de rebus iam sibi et auditori notis; de usu* PLAVTI *et* TER. *cf. Morris, Am. Journ. Phil. 11, 1890, 19 sqq.), praecipue p. 263, 39 sqq. 264, 23 sqq.* (*cf.* -ne (...) non *adhibitum, ita ut sit fere i. q.* nonne, *e. g.* TER. Ad. 709 hic non amandus, hicine non gestandus in sinust? CIC. fin. 2, 12 egone non intellego, quid sit *ἡδονή* graece? ac. 2, 135); *hic illic, ita ut post* num, *exspectatur negatio, quod maxime apparet, cum ludibrii vel admirationis causa interrogatur, v. p. 267, 61 sqq., ceterum v. e. g. p. 263, 61.*

**β** *exempla potiora illustrantia responsum factum* (immo *v. vol. VII 1, 473, 55 sqq. 474, 71 sqq.*): Ⓘ *affirmativo*: Ⓐ *per particulam vel adverbium*: certe, certo: PLAVT. Asin. 722 ain vero? :: certe inquam. Bacch. 534. Men. 389 egon te iussi coquere? :: certo, tibi et parasito tuo. 1109 Poen. 1299 TER. Eun. 974 Ad. 78 CIC. fin. 3, 27. ita: PLAVT. Amph. 362 haecine tua domust? :: ita inquam. Bacch. 806. *al.* TER. Andr. 849 Eun. 697. *al. apud eundem.* sic: TER. Andr. 301 quid ais, Byrria? daturne illa Pamphilo hodie nuptum? :: sic est. Haut. 242 ain tu? :: sic est. *al. apud eundem.* Ⓑ *voce iterata* (*vel persona per pron. resumpta*): PLAVT. Amph. 799 ain heri nos advenisse huc? :: aio. Asin. 755 addone? :: adde (*item responsum est iussum*: Capt. 360 vin vocem huc ad te? :: voca. Most. 774. *al.* TER. Hec. 442 *p. 264, 13.* 787 ob eam rem vin ego introeam? :: i). Curc. 419 quaeso, tune is es Lyco tarpezita? :: ego sum. Epid. 688 tuon arbitratu? :: meo hercle vero atque hau tuo. Mil. 1222 audin quae loquitur? :: audio. Rud. 1269 censen hodie despondebit eam mihi, quaeso? :: censeo. *et saepius.* TER. Hec. 66 utine eximium neminem habeam? :: neminem. Eun. 563 nostin hanc quam amat frater? :: novi. *al.* TITIN. com. 120 vidistin Tiberim? :: vidi. CIC. Att. 4, 18, 2 nulla est res publica ...; 'idne igitur,' inquies, 'facile fers?' id ipsum. 7, 9, 1 'cotidiene,' inquis, 'a te accipiendae litterae sunt?' si habebo cui dem, cotidie. *al.* Ⓒ *vario modo*: PLAVT. Bacch. 331 sed istic Theotimus divesne est? :: etiam rogas? (Merc. 202. CAECIL. com. 158 sed tua morosane uxor quaeso est? :: rogas? *item responsum est interrogatio e. g.* PLAVT. Trin. 69 men? :: numquis est hic alius praeter me atque te? CIC. Tusc. 5, 73 omnis eos beatos esse confiteri necesse est. :: etiamne in cruciatu atque tormentis? :: an tu me in viola putabas aut in rosa dicere?). Cas. 503 iamne abeo? :: volo. Cist. 746 hicine tu ergo habitas? :: hariolare. Stich. 428 ad cenam ibone? :: si vocatu's, censeo. *al.* TER. Phorm. 612 de Antiphone audistin, quae facta? :: omnia. *al.* CIC. Tusc. 3, 8 haecine ... cadere in sapientem putas? :: prorsus existimo. *al.*

Ⓘⓘ *negativo*: PLAVT. Asin. 444 scyphos quos utendos dedi Philodamo, rettulitne? :: non etiam (Pseud. 1067. *al.* CAECIL. com. 188 TER.

[Schrickx]

Eun. 713. *al.* CIC. Att. 5, 2, 2. *al.*). Men. 530 scin quid hoc sit spinter? :: nescio, nisi aureum (Mil. 534 TER. Hec. 323 Haut. 660 Phorm. 683). Merc. 462 vin me tecum illo ire? :: nolo (769). Mil. 1242 adibon? :: minime (TER. Haut. 742. RHET. Her. 4, 16, 23 *l. 24.* CIC. Quinct. 78 epist. frg. 7, 6. *al.*).

**b** *exempla sec. genus et finem interrogationis digesta*: **α** *generatim*: Ⓘ *usu vario quaeritur*: Ⓐ *de rebus variis* (*exempla selecta inde a* CIC.): LIV. ANDR. trag. 7 iamne oculos specie laetavisti optabili? PLAVT. Amph. 679 valuistin usque? exspectatun advenio? **(***item in salutatione*: Aul. 183 quid tu? recten atque ut vis vales? Curc. 16 salve, valuistin? Epid. 129 benene usque valuisti? Persa 23 satin tu usque valuisti? :: hau probe. *al.* LIV. 1, 58, 7 'satin salve?' 'minime' inquit. 6, 34, 8. *al.; cf. p. 272, 3. 6***)**. Bacch. 837 sqq. novistine hominem? :: novi. :: dic sodes mihi: (838) bellan videtur specie mulier? :: admodum. :: (839) quid illam, meretricemne esse censes? :: quippini? 852 nuptanest illa, obsecro? :: scies haud multo post. *et passim.* ENN. scaen. 19 lumen – iubarne? – in caelo cerno. CAECIL. com. 129 satine huic ordini, etsi nihil ⟨ego⟩ egi, quaesti? 158 *p. 262, 65. al.* TER. Hec. 157 quid interea? ibatne ad Bacchidem? :: cotidie. 353 salvan Philumenast? :: meliusculast. Phorm. 749 hem quid est? vivontne? :: vivit gnata. *al.* TVRPIL. com. 130 hoc quaero, ignoscere istic solentne ... minoris noxias? AFRAN. com. 206. 217 ambon adestis? profuturos arbitror. COM. pall. inc. 45 sentin senem esse tactum triginta minis? TRAG. inc. 193 meministin te spondere mihi gnatam tuam? RHET. Her. 4, 16, 23 quid? in viris idemne hoc observabant? minime. CIC. Verr. II 2, 177 satisne magnum hoc crimen videtur? nullum, opinor, maius. Phil. 13, 39 potiusne Treboni mortem quam Caesaris persequimur? (*cf.* 13, 47 quodsi partium certamen esset ..., Antoniusne potius et Ventidius partes Caesaris defenderent quam ... Caesar? PHAEDR. 3 prol. 10 legesne, quaeso, potius viles nenias, impendas curam quam rei domesticae?). leg. 2, 12 lege ... carens civitas estne ob ⟨id⟩ ipsum habenda nullo loco? :: dici aliter non potest **(***item in dialogo philosophico sim. e. g.* fin. 2, 9 'estne, quaeso,' inquam, 'sitienti in bibendo voluptas?' 'quis istud possit,' inquit, 'negare?' AVG. c. acad. 1, 5, 13 'dasne,' inquit, 'sapientiam rectam viam esse vitae?' 'do,' inquit, 'sine dubio'**)**. Att. 13, 25, 3 sed, quaeso, epistula mea ad Varronem valdene tibi placuit? VERG. Aen. 2, 738 sq. heu misero coniunx fatone erepta Creusa substitit? erravitne via seu lapsa resedit? incertum (*nisi ad IIB*). 3, 319 (*Aeneas ad Andromachen*) Pyrrhin conubia servas? *al.*

Ⓑ *de hominibus vel rebus visis vel auditis, praesertim in scaena* (*cf. p. 268, 26. 69. 270, 44 sqq. 58*): PLAVT. Amph. 362 haecine tua domust? :: ita inquam (Persa 544 hicinest? :: hic est. *al.* TER. Andr. 907 Hec. 771 PACVV. trag. 119. CIC. fam. 2, 10, 2 hicine est ille, qui *eqs. cf.* PLAVT. Mil. 532 quid igitur? eanest? :: etsi east, non est ea. 534 eanest? :: nescio). 755 quid nunc, mulier? audin illum? :: ego vero, ac falsum dicere (Men. 909 audin quae loquitur? :: se miserum praedicat. *al.* TER. Andr. 342 Haut. 243 Eun. 1037. *cf.* PLAVT. Men. 602 satin audis, quae illic loquitur? :: satis). 780 estne haec patera qua donatu's illi? (Rud. 719 suntne illae ancillae tuae? :: sunt. 1130 estne hic vidulus, ubi cistellam tuam inesse aiebas? :: is est. *al.* TER. Haut. 454 estne ea intu'? Ad. 569. *cf. l. 55. p. 270, 45*). Curc. 311 viden, ut expalluit? (Mil. 533 vidistin istam? :: vidi. Most. 829. *al.* TER. Eun. 241. 713. *al.* TVRPIL. com. 102 sqq. TITIN. com. 120. *al.*). *al.* TER. Hec. 316 em sensistin? *al.* *locutor se ipsum interrogat*: PLAVT. Aul. 812 (*Strob. secum*) hem erumne ego aspicio meum? :: (*Lyc. secum*) videon ego hunc servom meum? ... haud alius est (Epid. 635 Stich. 582 TER. Hec. 81 Eun. 724. *al.; cf. p. 270, 58*). Bacch. 534 estne hic meus sodalis? ... certe is est (Merc. 866. *al.* TER. Andr. 801. *al.; cf. p. 270, 43. 46*). Merc. 598 sed in (*i.* isne, *quod habet cod. A*) est, quem currentem video? ipsus est. Truc. 122 Diniarchusne illic est? atque is est.

Ⓒ *de eo, quod locutor faciat* (*cf. p. 269, 62; saepe post* quid *sim., sc. ut interrogatio suppleatur; altera optio per* an *sequitur e. g. l. 70. p. 264, 14; responsum negativum exspectatur e. g. l. 64. 75. p. 264, 5. 7. 16 sqq., ita ut locos etiam ad p. 267, 61 sqq. trahere possis); locutor interrogat*: ① *se ipsum*: PLAVT. Asin. 810 egone haec patiar aut taceam? Persa 26 quid ego faciam? disne advorser? TER. Andr. 612 nam quid ego nunc dicam patri? negabon velle me, modo qui sum pollicitus ducere? 639 sed quid agam? adeon ad eum et cum eo iniuriam hanc expostulem? Phorm. 186 quod quom audierit, quod eiu' remedium inveniam iracundiae? loquarne? incendam. ACC. trag. 231 egone Argivum imperium attingam aut Pelopia digner domo? CATVLL. 64, 178 sqq. (*loq. Ariadne*) quo me referam? ... Idaeosne petam montes? at ... dividit aequor; (180) an patris auxilium sperem? ⌞quemne ipsa reliqui ...?⌟ coniugis an fido consoler memet amore? (183) ⌞quine fugit?⌟ **(**⌞ ⌟ *interrogationes potius ponuntur, ut solutio vix inveniri monstretur; cf.* VERG. Aen. 4, 538 [*loq. Dido*] Iliacas ... classis ... sequar? quiane ... bene apud memores veteris stat gratia facti?**)**. VERG. Aen. 4, 534 (*loq. Dido*) en, quid ago? rursusne procos inrisa priores experiar, Nomadumque petam conubia supplex? PROP. 3, 16, 5 quid faciam? obductis committam mene tenebris, ut timeam audaces in mea membra manus? OV. met. 7, 38 (*loq. Medea*) prodamne ego regna parentis? 9, 514 poterisne loqui? poterisne fateri, *sc. amorem*? coget amor, potero! SIL. 9, 652 vivamne et fractos ... hos referam populo fasces? STAT. Theb. 1, 4 unde iubetis ire, deae? gentisne canam primordia dirae? APVL. met. 5, 30, 3 (*loq. Venus*) quid agam? ... petamne auxilium ab inimica mea Sobrietate, quam ... offendi saepius? at *eqs.* ② *alium*: PLAVT. Curc. 133 iamne ego huic dico? Mil. 1242 adibon? :: minime. Rud. 1275 etiamne eam adveniens salutem? :: censeo. Truc. 418 quid me futurum est, quando miles venerit? relictusne abs te vivam? *al.* CAECIL. com. 34 iamne adeo? :: manta. TER. Andr. 315 quid tibi videtur? adeon ad eum? :: quidni? Hec. 442 quid si non veniet? maneamne usque ad vesperum? :: maneto. *al.* CIC. Cluent. 94 quid conferam? Sullamne cum Iunio? an hunc tribunum plebis cum Quinctio? an vero tempus cum tempore? Phil. 5, 31 verum praeterita omittamus; etiamne hanc moram adferemus, dum proficiscantur legati, dum revertantur? fam. 5, 15, 2 quid enim? ad amicosne confugiam? quam multi sunt? *al.* VERG. Aen. 11, 265 regna Neoptolemi referam versosque penatis Idomenei? Libycone habitantis litore Locros? 12, 643 (*loq. Turnus*) exscindine domos ... perpetiar, dextra nec Drancis dicta refellam? SEN. dial. 6, 26, 2 regesne tibi nominem felicissimos futuros, si maturius illos mors instantibus subtraxisset malis? an *eqs.* *al.*

(II) *quaeritur colloquii causa*: Ⓐ *locutor confirmationem desiderat se verba vel opinionem alterius recte intellexisse* (*saepe in miratione [nota l. 30], ita ut locos etiam ad p. 266, 54 sqq. trahere possis*): ① *excipit partem eius, quod alter dixit* (*fere vocem, sed etiam personam e verbo intellectam*): PLAVT. Amph. 575 optas quae facta. :: egone? :: tu istic **(**Asin. 900 ecquid matrem amas? :: egone illam? Capt. 139 ne fle. :: egone illum non fleam? egon non defleam talem adulescentem? Pseud. 472 tibi suscenseo. :: mihin domino servos tu suscenses? :: tam tibi mirum id videtur? Trin. 69 men? *al.* TER. Andr. 504. *al.* COM. pall. inc. 60 egone illam? CIC. ac. 2, 123. *al.; cf. l. 43 sq.***)**. Asin. 700 vehes pol hodie me ... :: ten ego veham? (Most. 369 egomet, inquam, vidi ... :: tutin vidisti? :: egomet, inquam. Persa 721 tibine ego? *al.* TER. Haut. 343. *al.*). Epid. 621 haec illa est autem, quam emi de praeda. :: haecinest? :: haec est. *al.* TER. Andr. 785 audivi, inquam, a principio. :: audistin, obsecro? hem scelera! *al.* CIC. leg. 1, 53 de re una solum dissident, de ceteris mirifice congruunt. :: ⌞ain tandem?⌟ unane re est solum dissensio? (⌞ ⌟ *ad l. 64*). fin. 4, 2 'cur ... easdem res,' inquam, 'Peripateticis dicentibus verbum nullum est, quod non intellegatur?' 'easdemne res?' inquit. QVEROL. p. 10, 8 quanta iam putas fecisse te capitalia? :: equidem nullum, quod sciam. :: nullumne? ergo exciderunt omnia? *excipit partem interrogationis* (*nisi locos ad 2bβ trahas*): PLAVT. Cas. 117 quid tu mihi facies? :: egone quid faciam tibi? Most. 556 quid nunc faciundum censes? :: egon quid censeam? CAECIL. com. 232 egone quid dicam? egon quid velim? ② *verba supplet*: PLAVT. Curc. 705 dum quidem hercle ita iudices, ne quisquam a me argentum auferat. :: quodne promisti? **(***item c. pron. rel.*: Most. 738. Rud. 272 quaene eiectae e mari simus ambae, obsecro, unde nos hostias agere voluisti huc? [*vix ad 2bβ*]. Trin. 360. *al.* TER. Andr. 768 Phorm. 923. *cf.* Haut. 774 modone quae inventast? :: eam**)**. Merc. 576 senex hircosus tu osculere mulierem? utine adveniens vomitum excutias mulieri? (Rud. 1063 TER. Hec. 66. *cf. loc. seq.; aliter p. 267, 2 sqq.*). Poen. 281 de tequidem haec didici omnia. :: etiamne ut ames eam quam numquam tetigeris? (CIC. parad. 25 quicquid non licet, nefas putare debemus. :: e. ne in minimis rebus? *al.* QVINT. inst. 4, 1, 24 PLIN. epist. 2, 6, 3 GELL. 4, 1, 8. *cf. p. 268, 4 sqq.*). Rud. 1216 licet. :: omnian licet? :: licet. *al.* TER. Phorm. 753 nuptum virginem locavi huic adulescenti ... :: Antiphonin? *al.* CIC. dom. 34 adoptat annos viginti natus, etiam minor, senatorem; liberorumne causa? at procreare potest. Phil. 10, 15 at enim veteranis suspectum nomen est M. Bruti; magisne quam Decimi? equidem non arbitror. de orat. 2, 302 'occidit.' 'adversariumne?' 'immo vero', aiunt, 'se et eum, quem defendit.' *al.* HOR. sat. 2, 7, 2 'iamdudum ... cupiens tibi dicere servos pauca reformido.' 'Davusne?' 'ita, Davus.' *al.* ③ *cetera exempla*: PLAVT. Asin. 722 impetrasti. :: ain vero? :: certe inquam **(**896 ain tandem? Epid. 699 lubuit ... :: ain tu? lubuit? :: aio. *al.* TER. Andr. 875 ain tandem, civi' Glyceriumst? :: ita praedicant. *al.* COM. pall. inc. 31 CIC. div. 2, 146. *al.* LIV. 10, 25, 6 VAL. MAX. 3, 7 ext. 6. *al.; cf.* PLAVT. Truc. 587 bona fide? tune ais me impudentem esse, ipsa quae sis stabulum flagiti? *al.* PERS. 1, 2 quis leget haec? :: min tu istud ais? nemo hercule**)**. Capt. 732 certumne est tibi istuc? :: non moriri certius **(**Merc. 461 Poen. 496. *al.* TER. Hec. 272. *cf.* PLAVT. Capt. 644 certon? Merc. 324 certen? *al.* TER. Hec. 843 visumst. :: certen? :: certe. Ad. 329 satin hoc certumst? :: certum**)**. 890 dic, bonan fide tu mihi istaec verba dixisti? :: bona (Most. 670 bonan fide? Pseud. 1095. TER. Haut. 761 bonan fide? :: bona hercle). Cas. 790 veron? :: serio (Merc. 685 veron serio? Truc. 302. *cf.* verumne: PERS. 3, 7.

*[Schrickx]*

VAL. FL. 4, 633 exactae – verumne? – abiere volucres?). Curc. 725 itane vero? :: ita hercle vero (Mil. 1278. *al.* TER. Andr. 399 itan credis? :: haud dubium id quidemst. *al.* RHET. Her. 4, 51, 64. CIC. Verr. II 5, 77 itane vero? tu tua pericula communi periculo defendes? *al.*). *al.* TER. Eun. 812 credin? :: immo certe. *al.* LVCIL. 473 cenam, inquin, nullam? (inquit *var. l.*).

Ⓑ *locutor exquirit, rectene audiat vel intellegat auditor*: PLAVT. Amph. 578 satin hoc plane satin diserte, ere, nunc videor tibi locutus esse? (Mil. 1173 satin praeceptumst? :: teneo. Most. 646 satin intellegis? Pseud. 166 satin audis? *al.* TER. Eun. 208 satine hoc mandatumst tibi? :: ah rogitare, quasi difficile sit. CIC. Flacc. 20 satisne vobis coarguere ... dissolutam Graecorum consuetudinem ... videmur? *al.*). Asin. 703 scin ut dicam? (Pseud. 1178 scin quid loquar? CIC. Att. 1, 13, 4 tuus ... ille amicus – scin, quem dicam? de quo tu ad me scripsisti *eqs. al.*). Cas. 707 at blande orato, ut soles; sed audin? (Poen. 1006. *al.* TER. Hec. 78. *al.* POLLIO or. frg. Quint. inst. 9, 2, 9 audisne? furiosum, inquam, non inofficiosum testamentum reprehendimus. *al.; cf. l. 10*). Poen. 116 iamne hoc tenetis? (*cf.* TER. Haut. 778 tenesne? CIC. Att. 8, 11, 1 tenesne igitur moderatorem illum rei publicae, quo referre volumus omnia? *al.*). *al.* TER. Haut. 527 nostin? *al.* CIC. Verr. II 3, 64 iamne intellegitis, iudices, quae pestis ... in vestra ... provincia versata sit? ac. 2, 75 videorne tibi non ... nominare modo inlustres homines, sed etiam imitari numquam nisi clarum? TAC. dial. 24, 1 quae cum Aper dixisset, 'agnoscitisne', inquit Maternus, 'vim ... Apri nostri?' *al.* viden, videsne *c. struct. verbali quadam*: PLAVT. Asin. 149 at scelesta viden, ut ne id quidem me dignum esse existumat, quem adeat? (ACC. trag. 303 viden, ut te inpietas stimulat? AFRAN. com. 91 COM. pall. inc. 62 CIC. Sull. 35. *al.* SEN. Herc. O. 1207. *al.*). CIC. Verr. II 3, 157 videsne hoc quam clarum sit? (*item c. interrog. obliqua*: Tusc. 2, 27. *al.* SEN. dial. 6, 15, 4. *al.; cf.* iamne vides: CIC. Pis. 1 iamne v., belua, iamne sentis, quae sit hominum querela frontis tuae? LVCR. 4, 214 iamne v. ..., quam puncto tempore imago aetheris ex oris in terrarum accidat oras? 5, 561 AVG. anim. 4, 18, 26. *al.*). dom. 34 videsne me non radicitus evellere omnis actiones tuas? (*item c. acc. c. inf.*: Vatin. 30 Tusc. 2, 26. *al.* CVRT. 4, 10, 32. *al.; cf.* iamne vides: LVCR. 1, 907 iamne v. ..., paulo quod diximus ante, permagni referre eadem primordia ... quali positura contineantur? 2, 277. 883 OPTAT. 2, 9, 2).

Ⓒ *locutor in orationem suam animos convertit* (*saepe praeparatur iussum, e. g. l. 40. 46*): PLAVT. Amph. 356 at scin quo modo? faciam ego hodie te superbum, nisi hinc abis (Cas. 490 scin quid nunc facias? :: loquere. :: ... abi. Men. 1154 scitin quid ego vos rogo? *al.* TER. Eun. 338 scin quid ego te volebam? :: dic. *al.* PLIN. nat. 27, 131 [*incantatio*] reseda, morbos reseda; scisne, scisne, quis hic pullus egerit radices? nec caput nec pedes habeat. QVEROL. p. 8, 2. 29, 23). Asin. 109 atque audin etiam? :: ecce. :: si quid te volam, ubi eris? (Pseud. 172 auditin? vobis, mulieres, hanc habeo edictionem. Trin. 799 atque audin? :: quid est? :: uxorem ... rem uti celes face. *al.* TER. Andr. 581 CIC. fin. 5, 6 PROP. 4, 9, 37. *al.*). 333 meministin asinos ... vendere atriensem? :: memini; quid tum postea? (Epid. 554 Pseud. 1089 TER. Haut. 626 Phorm. 224 CIC. Catil. 1, 7. *al.*). Aul. 171 nostin hunc senem Euclionem ...? :: novi ... :: eius cupio filiam virginem mihi desponderi (Curc. 423. *al.* TER. Eun. 328. *al.* PERS. 4, 25. *al.*). Capt. 304 sed viden? (Rud. 1093. CIC. Mur. 45 videsne tu illum tristem, demissum? iacet, diffidit, abiecit hastas. *al.*). *al.* TER. Andr. 893 pater, licetne pauca? :: quid dices mihi? (Haut. 973 ere, licetne? :: loquere. PHAEDR. app. 17, 5). *al.* CIC. Balb. 46 possumusne igitur tibi probare auctorem exempli ... illius, quod a te reprenditur, C. Marium? ... is igitur *eqs.*

Ⓓ *interrogatio accuratius, subtilius explicat interrog. priorem, responsum proponit* (*saepe post* quid; *cf. p. 263, 63 sqq. 264, 10. 269, 74 sqq. 271, 61*): ① *usu vario*: TER. Eun. 577 quoi? tibine? :: mihi (DON. *ad l.* 2 non interrogat, sed miratur). 608 ubi? domin? Ad. 330 quid iam credas? aut quoi credas? nostrumne Aeschinum ..., in quo nostrae spes opesque omnes sitae erant? GRACCH. or. frg. Cic. de orat. 3, 214 quo me miser conferam? quo vertam? in Capitoliumne? at fratris sanguine redundat; an domum? matremne ut miseram lamentantem videam? CIC. Cael. 57 at quibus servis? ... iisne, quos intellegebat ... licentius ... cum domina vivere? Att. 16, 6, 2 quid fugientem? periculumne? at id nunc quidem, nisi fallor, nullum est. *al.* SALL. Iug. 14, 17 quo accedam aut quos appellem? ⌞nationesne an reges⌟, qui omnes familiae nostrae ob vestram amicitiam infesti sunt? (⌞ ⌟ *vix ad B*). VERG. Aen. 3, 339 quid puer Ascanius? superatne et vescitur aura? *al.* ② *sequitur altera optio (vel optiones), saepe per* an *introducta* (*saepe prima optio reicitur; cf. interrog. disiunctivas sub B*): CIC. Phil. 11, 38 quorum ... veteranorum animos ne offendamus, veremur? eorumne, qui D. Brutum obsidione cupiunt liberare? quibus cum Bruti salus cara sit, qui possunt Cassi nomen odisse? an eorum qui utrisque armis vacant? div. 2, 104 quis hoc vobis dabit? Epicurusne? qui negat quicquam deos nec alieni curare nec sui; an noster Ennius? *al.* LIV. 5, 52, 17. *al.* per at *opponitur* (*cf. p. 265, 66*): CRASS. or. frg. Cic. de orat. 2, 225 cui virtuti studere *dicendus es*? patrimonione augendo? at id non est nobilitatis; ... an iuri civili? CIC. Catil. 1, 28 quid tandem te impedit? mosne maiorum? at persaepe etiam privati ... perniciosos cives morte multarunt; an leges *eqs.* Att. 3, 15, 6 quid ... vides agi posse aut quo modo? per senatumne? at tute scripsisti ad me *eqs.* (*postea*: ac si per populum *eqs.*). *al.*

**β** *interrogatio adhibetur ad actionem proponendam sim.*: ① *locutor invitat, proponit aliquid, quod pro auditore vel simul cum auditore facere possit* (*permissionem petit l. 23, cf. p. 265, 53 sq.*): PLAVT. Amph. 769 vin proferri pateram? :: proferri volo. :: fiat (Curc. 90 voltisne olivas? Merc. 462. Trin. 1091 visne aquam tibi petam? *al.* TER. Hec. 725 sed vin adesse me una dum istam convenis? :: immo vero abi. Phorm. 807. *al.* CIC. Phil. 2, 44 visne igitur te inspiciamus a puero? leg. 2, 1. *al.* LIV. 8, 7, 7. *al.; cf.* TER. Ad. 186 iamne me vis dicere id quod ad te attinet? :: cupio, modo aequi aliquid). Bacch. 1185 quid tandem si dimidium auri redditur, in (*i.* isne) hac mecum intro? Cas. 977 etiamne imus cubitum? :: i in malam crucem. Mil. 1036. *al.* TER. Eun. 492 iamne imus? CIC. de orat. 3, 17 'quid est, Crasse?' inquit Iulius, 'imusne sessum?' fat. 3 'quid ergo?' inquit ille, '... possumne aliquid audire?' SEN. contr. 2, 3, 19 filius ... cervicem porrigat, carnifex manum tollat; deinde respiciat ad patrem et dicat: 'agon?' quod fieri solet victumis. *al.*

Ⓘⓘ *locutor iubet, hortatur, prohibet sim. (minaciter dictum e. g. l. 31), sc.*: Ⓐ *indignationem vel mirationem exprimit et auditorem vel statum, de quo quaerit, desinere cupit* (*cf. l. 53 sqq.*): PLAVT. Amph. 349 pergin argutarier? (539 pergin autem? Curc. 196 pergin etiam, verbero? *al.* TER. Eun. 1007 quid rides? pergin? *al.* CIC. de orat. 3, 90 pergisne ... me, quae dicam, de me, non de re putare dicere? rep. 1, 20). Cas. 748 stasne etiam? i sis. Men. 710 etiamne, impudens, muttire verbum unum audes? (Most. 522 sed tu, e. ne astas nec quae dico optemperas? PS. SALL. in Tull. 6 satis est perpessos esse; e. ne aures nostras odio tuo onerabis, e. ne molestissimis verbis insectabere?). Poen. 678 iamne itis? (Truc. 695 *p. 262, 30*). *al.* TER. Hec. 323 quid? nemon medicum adduxit? (Phorm. 152 nemon hoc prodit? HOR. sat. 2, 7, 34). Haut. 691 sicin mi interloquere? VERG. Aen. 10, 25 (*Venus ad Iovem*) numquamne levari obsidione sines? *al.* Ⓑ *quaerit, exsequaturne auditor actionem optatam* (*cf. etiam p. 270, 41 sqq. 53 sqq.*): PLAVT. Amph. 518 abin e conspectu meo? (Merc. 756 abin dierectus? Poen. 432 abiturun es? *al.* TER. Andr. 317 abin hinc in malam rem cum suspicione istac, scelus? Eun. 861). Asin. 671 dan quod oro? (Pseud. 117 dabisne argenti mi hodie viginti minas? :: dabo. *al.* ATTA com. 1 daturin estis aurum?). Aul. 660 fugin hinc ab oculis? (TER. Andr. 337). Capt. 898 sponden tu istud? :: spondeo (Poen. 1157 spondesne igitur? :: spondeo. COM. pall. inc. 15 sponde⟨n⟩ tuam gnatam filio uxorem meo? VARRO rust. 2, 2, 6 [*stipulationis formula*] haec sic recte fieri spondesne? *al. apud eundem*). Cas. 610 missurusne es ad me uxorem tuam? :: ducas. 728 etiamne astas? (Poen. 431 e. ne abis? [*antea*: abi modo]. *al. apud eundem*). Epid. 63 potin, ut molestus ne sies? :: abeo (Merc. 495 potin, ut aliud cures? :: non potest. *al.* TER. Ad. 539 potin, ut desinas? AFRAN. com. 202 multa atque molesta es: potin, ut dicta facessas?). Persa 412 accipin argentum? accipe sis argentum. *al.* TER. Haut. 585 Chreme, vin tu ... mi auscultare? *al.* GELL. 16, 6, 5 docesne ... nos, magister, cur bidentes dicantur?

**γ** *interrogatio adhibetur imprimis ad ludibrium vel (ad)mirationem exprimendam*: ① *usus speciales*: Ⓐ satin(e) *vel* satin ut *ponitur, ita ut* satis *quodam modo ad cognitionem sim. eius, quod enuntiato continetur, pertinere videatur*: PLAVT. Amph. 633 satin parva res est voluptatum in vita ... praequam quod molestum est? Capt. 653 satin med illi hodie scelesti capti ceperunt dolo? Mil. 481 satin abiit ille neque erile negotium plus curat, quasi non servitutem serviat? (*cf.* Most. 76 satin abiit neque quod dixi flocci existumat?). Poen. 919 satine prius quam unumst iniectum telum, iam instat alterum? Rud. 1193 satin si cui homini dei esse bene factum volunt, aliquo illud pacto optingit optatum piis? Trin. 925 satin inter labra atque dentes latuit vir minimi preti? *al.* ENN. ann. 380 satin vates verant aetate in agunda? ACC. trag. 475 satin astu et fallendo callet? satin(e) ut (*c. indicat. praeter l. 67*): PLAVT. Bacch. 491 satin ut, quem tu habeas fidelem tibi aut quoi credas, nescias? Men. 181 oh, solem vides, satin ut occaecatust prae huius corporis candoribus? (*cf.* Stich. 271 hoc vide, satin ut facete, atque ex pictura, astitit?). Merc. 481. Mil. 1134 pro Iuppiter, satine ut Commoditas usquequaque me adiuvat? Persa 658 satin ut meminit libertatis? TVRPIL. com. 88 satine ut ⟨se⟩ meum cor voluptatibus dat? ACC. trag. 98 satin ut, quem cuique tribuit fortuna ordinem, numquam ulla humilitas ingenium infirmat bonum?

Ⓑ *in struct. verbali quadam* (*ita ut e. g.* remne ita esse *fere i. q.* rem ita esse dicisne *vel* putemne *sim. significet; locutor fere miratur rem veram,*

[Schrickx]

*praeter l. 16sqq. et loc. dub. l. 48, ubi potius opinionem falsam reicit*): ① ut (utin, utne) *c. coni.*: Naev. trag. 29 utin venatu vitulantis ex suis locis nos mittant poenis decoratas feris? ([ut in *edd. multi*]. Plavt. Epid. 225 utin impluvium induta fuerit? Ter. Hec. 199. Phorm. 874 somnium! utin haec ignoraret suom patrem? Hor. sat. 2, 5, 18 utne tegam spurco Damae latus? *aliter p. 264, 51sq.*). Plavt. Bacch. 842 meamne hic Mnesilochus ... per vim ut retineat mulierem? (Curc. 616 virgo haec libera est. :: mean ancilla libera ut sit, quam ego numquam emisi manu? Cic. fam. 15, 16, 2). Ter. Andr. 263 eine ego ut advorser? Eun. 771 hancin ego ut contumeliam tam insignem in me accipiam, Gnatho? (Phorm. 955 hem hicine ut a nobis hoc tantum argenti auferat tam aperte inridens? 992. Cic. Sest. 17 quid dicam? consules? hocine ut ego nomine appellem eversores huius imperi?). Liv. 4, 2, 12 illine ut impune ... discordias serentes concitent finitima bella? 5, 24, 10 victamne ut quisquam victrici patriae praeferret sineretque maiorem fortunam captis esse Veiis quam incolumibus fuerit? egon(e) (...) ut: Plavt. Asin. 884 egon ut non domo uxori meae surrupiam ... pallam? (Bacch. 197 egon ut, quod ab illoc attigisset nuntius, non impetratum id advenienti ei redderem? 489 Truc. 441. *cf.* Pseud. 516 egon ut cavere nequeam, cui praedicitur?). Aul. 690 egone ut te advorsum mentiar, mater mea? Rud. 1244 egone ut, quod ad me allatum esse alienum sciam, celem? *al.* Ter. Haut. 784 egon, quoi daturu' non sum, ut ei despondeam? 1050 egon mea bona ut dem Bacchidi dono sciens? non faciam. Phorm. 304 Acc. trag. 427. Cic. Tusc. 2, 42 age sis, nunc de ratione videamus, nisi quid vis ad haec. :: egone ut te interpellem? Att. 15, 4, 3 de oratione Bruti prorsus contendis, cum iterum tam multis verbis agis; egone ut eam causam, quam is scripsit? ego scribam non rogatus ab eo? 15, 11, 1 Sen. Herc. f. 372 Med. 398. *al.* Avr. Fronto p. 85, 5 Qverol. p. 52, 15. ② (*acc. c.*) *inf.*: Plavt. Asin. 226 haecine te esse oblitum, in ludo qui fuisti tam diu? (Bacch. 1090. Truc. 933 huncine hominem te amplexari ... tam squalidum? *al.* Ter. Ad. 408 Aeschine, haecin flagitia facere te? *al.* Cic. div. 2, 30 Hor. sat. 1, 9, 72 Stat. Theb. 3, 513. *al.*). Aul. 746 homo audacissume, cum istacin te oratione huc ad me adire ausum, inpudens? Bacch. 283 adeon me fuisse fungum, ut qui illi crederem? (Ter. Andr. 245 adeon hominem esse ... infelicem quemquam, ut ego sum? Eun. 225. *al. apud eundem*). Trin. 1017 non pudet te? tribusne te poteriis memoriam esse oblitum? *al.* Enn. scaen. 62 men obesse, illos prodesse, me obstare, illos obsequi? (*item c. pron. pers.*: Ter. Hec. 645. Haut. 921 tene istuc loqui? Phorm. 339. Pacvv. trag. 40 men *illos* servasse, ut essent qui me perderent? Cic. S. Rosc. 95 Cluent. 84. *al.* Verg. Aen. 1, 37 haec secum: 'mene incepto desistere victam, nec posse Italia Teucrorum avertere regem?' [Serv. 'ne' non vacat; significat enim 'ergo' et est coniunctio rationalis]. 1, 97 Hor. sat. 2, 4, 83. *al.*). Caecil. com. 16 nihilne, nil tibi esse quod edim? Ter. Andr. 253 ah tantamne rem tam neglegenter agere? (Phorm. 977 tantane adfectum quemquam esse hominem audacia? Cic. Brut. 219. *al.*). Ad. 38 vah quemquamne hominem in animo instituere ..., quod sit carius, quam ipsest sibi? (Cic. Phil. 14, 14 q. ne fuisse tam sceleratum, qui hoc fingeret, tam furiosum, qui crederet? Ps. Qvint. decl. 11, 6 q. ne mortalium ... ⟨non⟩ invenire aliquid, quod potest probationem vocare? [non *add. Burmannus, sed cf. quae p. 266, 75sq. monuimus*]). *al.* Cato orat. 42. Cic. Q. Rosc. 4 essene quemquam tanta audacia praeditum qui, quod nomen referre in tabulas timeat, id petere audeat? *al.* Hor. epod. 11, 11. *al.* ③ *acc.* (*si huc pertinet, ellipsis verbi cuiusdam intellegenda est; sed si, ut plerique, exclamationem esse putes, exempla fort. ad caput prius transferas*): Ter. Ad. 304 hoccin saeclum? o scelera, o genera sacrilega, o hominem inpium! 379 haecin flagitia? (*cf. l. 31*). 758 o Iuppiter, hancin vitam? hoscin mores? hanc dementiam? Cic. Verr. II 5, 62 huncine hominem, hancine impudentiam, iudices, hanc audaciam? Phil. 10, 7 tantamne patientiam, di boni, tantam moderationem, tantam ... modestiam? Val. Max. 4, 7 ext. 1 hascine vires amicitiae? Stat. Theb. 9, 421 huncne mihi, superum regnator, honorem?

(II) *usu vario; locutor sententiam*: Ⓐ *reicit, sc. in ludibrium vertit vel miratur hominem sic credere posse* (*cf. supra l. 1*): Plavt. Asin. 509 hoccine est pietatem colere, imperium matris minuere? (Bacch. 447 hoccine hic pacto potest inhibere imperium magister, si ipsus primus vapulet? Most. 25 haecine mandavit tibi, quom peregre hinc it, senex? [*seq. p. 268, 25*]. Ter. Andr. 236 hoccinest humanum factu aut inceptu? hoccin officium patris? 625. *al.* Lvcil. 276 huncin ego umquam Hyacinto hominem ... contendi? *al.*). Bacch. 421 eademne erat haec disciplina tibi, cum tu adulescens eras? Mil. 686 verum egone eam *malam uxorem* ducam domum? (Poen. 149 egone istuc ausim facere, praesertim tibi? *al.* Caecil. com. 221 egon vitam meam ... contendam cum istac rusticana? Ter. Andr. 943 egon huiu' memoriam patiar meae voluptati obstare? *al.* Cic. parad. 42 pro di immortales! egone me audisse aliquid et didicisse non gaudeam? *al.; cf. l. 16sqq. p. 264, 27sqq.*). Trin. 642 itan tandem hanc maiores famam tradiderunt tibi tui, ut virtute eorum anteparta per flagitium perderes? *al.* Cato orig. 109 ego me nunc volo ius pontificium optime scire: iamne ea causa pontifex capiar? Scip. min. or. frg. Gell. 6, 12, 5 qui non modo vinosus, sed virosus quoque sit, eumne quisquam dubitet, quin idem fecerit, quod cinaedi facere solent? Cic. S. Rosc. 98 etiamne in tam perspicuis rebus ... coniectura capienda est? (*al.; seq.* si: Verr. II 3, 70 quantum Apronius edidisset deberi, tantum ... dandum erat; e. ne si plus edidisset quam quantum natum esset? leg. agr. 2, 73. *al.* Sen. benef. 7, 15, 1 negabis me gratiam rettulisse? e. ne si ... pecuniam, quam saluti tuae contraxeram, naufragus perdidi, e. ne si ⟨in⟩ vincula ... incidi, negabis me rettulisse gratiam? Apvl. apol. 10, 7). *al.* Lvcr. 4, 785 conventus hominum, pompam, convivia, pugnas, omnia sub verbone creat natura? (verbo recreat *ed. princ.*). *al.*

Ⓑ *invito accipit, sc. animadvertit c. affectu obstupescentis, ludificantis sim.* (*cf. p. 266, 75*): ① *exempla varia*: Naev. com. 87 ei ei: etiamne (*Keil,* etia am se *cod.*) audent mecum una apparere? (Cic. Att. 5, 4, 2. *al.*). Plavt. Asin. 127 sicine hoc fit? foras aedibus me eici? Bacch. 477 itane oportet rem mandatam gerere amici sedulo, ut ipsus osculantem in gremio mulierem teneat sedens? (Caecil. com. 30sq. Ter. Haut. 562 itane fieri oportet? *al.* Sen. contr. 7, 6, 4. *al.; cf. p. 265, 1sqq.*). Cas. 794 iamne abiit illaec? ([*secum loquendo c.* abiit *sim. ut*: Men. 333. *al.* Pompon. Atell. 157 iamne abierunt? iam non tundunt? iamne ego in tuto satis?]. Curc. 214 iamne ego relinquor? Ov. trist. 3, 12, 51sq. ei mihi, iamne domus Scythico Nasonis in orbe est? iamne suum mihi dat pro Lare poena locum? *al.*). Merc. 356 igitur hocine est amare? (Most. 26 [*antea p. 267, 65*] hocine modo hic rem curatam offendet suam? *al.* Ter. Ad. 183. *al.* Acc. trag. 96. Trag. inc. 93 hicine est ille Telamo, modo quem gloria ad caelum extulit? Cic. S. Rosc. 141 hicne etiam sese putat aliquid posse Chrysogonus? *al.*). Trin. 609 tanton in re perdita, quam in re salva Lesbonicus factus est frugalior? (Cic. off. 3, 59 'quaeso', inquit, 'quid est hoc, Pythi? tantumne piscium? tantumne cumbarum?' et ille: 'quid mirum?' inquit. *al.* Verg. Aen. 1, 11 tantaene animis caelestibus irae? [Serv. 'tantaene' quasi exclamatio est mirantis. *addit* auct.: non nulli 'tantaene' *sic* legunt, ut interrogatio sit potius quam exclamatio]. *al.*). Truc. 542 nilne huic sat est? (Pacvv. trag. 318 nihilne a Troia adportat fando? Cic. Verr. I 20 quod tota Sicilia, quod omnes Siculi ... Romae sunt, nihilne id valebit? nihil, invito consule designato. *al.*). *al.* Ter. Andr. 469 quid hoc? adeon est demens? (Liv. 2, 7, 10. 5, 6, 4 Sen. dial. 10, 20, 3. *al.*). *al.* Titin. com. 62 numquamne mihi licebit hodie dicere? 81. Cic. Pis. 45 di immortales! idne ego optarem, ut inimicus meus ea qua nemo umquam ignominia notaretur? *al.* Cael. Cic. fam. 8, 3, 1 estne? vici et tibi saepe, quod negaras discedens curaturum tibi, litteras mitto? est, si quidem perferuntur, quas do. Verg. Aen. 1, 39 Pallasne exurere classem Argivum ... potuit ... unius ob noxam et furias? (Serv. auct. 'ne' ... coniunctio expletiva videtur; an aliter?). *al.*

② *quaeritur de actione vel statu auditoris* (*cf. p. 266, 25sqq.*): ⓐ *usu vario*: Plavt. Amph. 929 ⸤iuben mi ire comites?⸥ :: sanan es? ([⸤ ⸥ *ad p. 266, 37*]. Asin. 385 Curc. 654. *al.* Ter. Andr. 912 Ad. 336 Tvrpil. com. 117. *cf.* satin sanus: Plavt. Amph. 604 satin tu sanus es? Cas. 208. *al.* Ter. Andr. 749 satin sanu's, qui me id rogites? *al.*). Asin. 628 tun verberes, qui pro cibo habeas te verberari? (Bacch. 1163 tun, homo putide, amator istac fieri aetate audes? *al.* Ter. Andr. 910 tune inpune haec facias? tune hic homines adulescentulos ... in fraudem inlicis? Eun. 808 Lvcil. 1043. Cic. Pis. 31 tune etiam, ... foedissimum monstrum, ausus es meum discessum ... in ... contumeliae loco ponere? *al.* Hor. sat. 1, 6, 38. Carm. Char. gramm. p. 10, 23 tune Clytaemestrae foedasti viscera ferro? *al.*). Cist. 580 sicine agis nugas? (Rud. 884 sicine me spernis? *al.* Ter. Eun. 99. *al.*). Men. 441 perii, iamne abis? (Truc. 634 iamne abiisti? *al.*). Persa 424 nilne te pudet? (Pacvv. trag. 34. Atta com. 7 nihilne te populi veretur, qui vociferere in via? *al.*). Stich. 260 au, nullan tibi lingua est? *al.* Ter. Andr. 492 o Dave, itan contemnor abs te? (909 itane huc paratus advenis? *al.*). Haut. 75 Chreme, tantumne ab re tuast oti tibi, aliena ut cures? ([*item c.* ut: Cic. Verr. II 1, 78. *al.*]. Rhet. Her. 4, 15, 22 [*exemplum exclamationis*]. Cic. dom. 113. *al.* Verg. Aen. 1, 132 [*Neptunus ad ventos*] tantane vos generis tenuit fiducia vestri? [Gloss. tantane: tanta ergo]. *al.*). *al.* Cato orig. 95[g]. Afran. com. 410 tanne arcula tua plena est aranearum? (Fest. p. 359 tanne: eo usque). Cic. Rab. perd. 28 adeone hospes ⟨es⟩ huiusce urbis, adeone ignarus ..., ut haec nescias? (Phil. 2, 15. *al.*). *al.* *in admiratione*: Acc. trag. 417 tun[c] dia Mede es, cuius aditum exspectans pervixi usque adhuc? Verg. Aen. 1, 617 tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae alma Venus ... genuit? (Serv. auct. et hoc admirativum, non interrogativum). Val. Fl. 4, 467 quem cernimus? ... tune ille Odrysiae Phineus rex inclitus orae? Pavl. Nol. carm. 16, 222. ⓑ *c. verbis sentiendi vel declarandi*: Plavt. Amph. 373 tun te audes Sosiam esse dicere, qui ego sum? (565sq. tun me, verbero, audes erum ludificari? tune id dicere audes, quod ... *non* potest fieri? *al.* Hor.

[*Schrickx*]

epist. 2, 2, 148 Apvl. apol. 96, 2). 571 rogasne inprobe etiam, qui ludos facis me? (Epid. 98ᵃ quid faciam? men rogas? Men. 606. Merc. 633 quid tu faceres? men rogas? Ter. Haut. 246 Qverol. p. 10, 21. *cf.* Plavt. Men. 786 men interrogas?). Aul. 325 tun, trium litterarum homo, me vituperas? Bacch. 822 tun terrae me odium esse autumas? Mil. 627 quid ais tu? itane tibi ego videor oppido Acheruntícus? (Ter. Andr. 757 adeon videmur vobis esse idonei in quibu' sic inludati'? *al.*). *al.* Ter. Andr. 277 sq. adeon me ignavom putas? adeon porro ingratum ..., ut neque me consuetudo neque amor ... commoveat? (Haut. 912 quemquamne animo tam com[mun]i esse aut leni putas, qui se vidente amicam patiatur suam –? Cic. de orat. 2, 367. *al.*). *al.* Cic. Phil. 12, 21 quid? vitae censetisne, patres conscripti, habendam mihi aliquam esse rationem? *al.* Verg. Aen. 10, 668 (*loq. Turnus*) omnipotens genitor, tanton me crimine dignum duxisti et talis voluisti expendere poenas? (Serv. pro 'tantone'). 12, 503 tanton placuit concurrere motu, Iuppiter, aeterna gentis in pace futuras? *al.*

**δ** *usu deflexo iunctura* minusne *significat fere i. q. sin minus: v. vol. X 1, 581, 57sqq.; addas* Pallad. hist. mon. I 6, 13 p. 257ᴬ vide, si tibi possunt placere; m. ne, aurum referes (*sim.* 6, 15 p. 257ᴮ si placent tibi, ipsa considera, m. ne, aurum recipe. *gr. p. 24, 8 et 16 ἐπεί*).

**2** *iuxta aliam vocem interrog. (saepe in interrog. rhet.); contextus est*: **a** *interrogatio, cui solum assensione aut dissensione responderi potest*; -ne *additur voci*: **α** *cuilibet*: Plavt. Persa 310 ecquid, quod mandavi tibi, estne in te speculae? (*fort. loco corrupto*). Sidon. epist. 3, 7, 1 ecquid numquamne respectu movebere familiaritatis antiquae? (numquam nec *Luetjohann*). **β** *interrog.*: Laber. mim. 21 numne aliter hunc⟨e⟩ pedicabis? **(**[neve *trad.*]. Cic. nat. deor. 1, 88 quid? deum ipsum numne vidisti? cur igitur credis esse? Lael. 36 Prvd. ham. 871 c. Symm. 1, 322. *al.; fort. addas e coni. minus certa* Afran. com. 29. *cf. p. 273, 48sqq.***)**. Cic. fin. 5, 63 quotiens hoc agitur, ecquandone nisi admirationibus maximis? (*al., v. vol. V 2, 51, 62sqq.*). Lact. inst. 2, 5, 19 utrumne ... Stoicus, si astrorum figuras ... pictas ... vidisset, suo illa consilio moveri diceret ac non potius artificis ingenio? ([*item seq.* ac: 2, 11, 11]. epit. 51, 5 Pelag. Aug. nat. et grat. 37, 44. *al.*). Cael. Avr. acut. 2, 16, 97 unde igitur dolores? numquidne pulmonis sensibiles partes in passione constitutae causa sunt? an vero eius tumore latera vicinantia comprimuntur?

**b** *πύσμα, interrogatio, cui designatione personae aut temporis aut loci sim. responderi potest*; -ne *iungitur voci*: **α** *interrog.* (*vix recte putat Löfstedt, Eranos 10, 1910, 182sq., huc pertinere* quin, *quod apud* Lvcif. *et* Ps. Avg. quaest. test. *hic illic fere i. q. adv. interrog. 'qui' significare vid.; fort. addas* Hor. sat. *p. 262, 5 sec.* Schol. *ad l.*): Plavt. Trin. 1095 qualine amico mea commendavi bona? **(**Mvtian. Chrysost. hom. 1, 3 p. 239ᵉˣ· qualiane putas patietur tormentorum supplicia? [*sed gr. τίνα οὐχ*]**)**. Cic. Verr. II 3, 191 quaero nunc abs te, Hortensi, cum utrisne tandem istius factum collaturus es? (Hor. sat. 2, 2, 107 uterne ad casus dubios fidet sibi certius? hic, qui pluribus assuerit mentem ..., an qui contentus parvo ... aptarit idonea bello?). Lvcr. 4, 206 quone (*i. quantone*) vides citius debere et longius ire? Hor. sat. 2, 3, 295 quone malo mentem concussa? timore deorum (*item adi.*: Lvcan. 7, 301 quone poli motu, quo caeli sidere verso Thessalicae tantum, superi, permittitis orae?). Lvcan. 5, 654 quantusne (tant- *var. l.*) evertere ... me superis labor est, parva quem puppe sedentem tam magno petiere mari? **(**[*pro exclamatione fere editur, ut* 10, 99 quantosne tumores mente gerit famulus?]. Sil. 10, 286 quantine [-ve *var. l.*] emptum velit Hannibal, ut nos vertentis terga aspiciat? Mar. Victor. aleth. 1, 314. *cf. p. 273, 31sq.***)**. Val. Fl. 7, 200 quidne (-ve *trad.*) tuos virgo possim nisi flere labores? Hier. epist. 72, 2, 1 quisne credet mortalium, ut undecim annorum puer generet filium? (Carm. app. Maxim. 1, 15 quisne ... papillas non tractet manibus, poma fecunda, suis?). **β** *alii* (*addasne p. 264, 42sqq.? fort. per anacoluthon l. 59*): Ter. Hec. 849 egon pro hoc te nuntio qui donem? qui? qui? nescio. Sil. 11, 29 Capuaene (-ve *var. l.*) furorem ... placuisse ... quisnam mutato tantum nunc tempore credat?

**B** *disiunctiva, sc. quae electionem responsi quaerit* (*saepe locutor dubitat, quid faciat, e. g. l. 72sqq. p. 270, 21sqq. 271, 29sqq.; huc vergunt l. 30. p. 263, 26sqq.; aliter p. 263, 60. 265, 71*): **1** -ne *priori parti, quae eligi potest, iungitur*: **a** -ne (...) an(ne) (an *iteratur e. g. l. 69. p. 275, 1. 28. 32*): **α** *electio non praeparatur* (*spectat electio ad interrog. antecedentem e. g. l. 74sq.*): Ⓘ *usu vario*: Ⓐ *duae (plures) partes minores eiusdem enuntiati opponuntur, ita ut* -ne *voci dubitatae (fere primae) prioris partis interrogationis iungatur,* an *alteram partem antecedat* (*praeter p. 270, 3*): Liv. Andr. com. 1 pulicesne an cimices an pedes? responde mihi. Naev. trag. 37 egone an ille iniurie facimus? Plavt. Amph. 343 servosne ⟨es⟩ an liber? Asin. 687 amandone exorarier vis ted an osculando? :: enim vero utrumque. Cas. 405 compressan palma an porrecta ferio? :: age ut vis **(***item dubitat locutor, quid agat*: Merc. 128. Enn. scaen. 277 quo nunc me vortam? quod iter incipiam ingredi? domum paternamne anne ad Peliae filias? Ter. Eun. 1045 quid commemorem



primum ...? illumne, qui mihi dedit consilium ut facerem, an me, qui id ausu' sim incipere, an fortunam conlaudem ..., an *eqs.*? Cic. dom. 113 Cael. 71. Sen. Med. 457 patruamne Iolcon, Thessala an Tempe petam?**)**. Epid. 634 satin ego oculis utilitatem optineo sincere an parum? *al.* Ter. Haut. 203 huncin *fratrem* erat aequom ex illius *patris* more an illum ex huiu' vivere? Ad. 185 egon debacchatu' sum autem an tu in me? Trag. inc. 69 ⌞ferron an⌟ fato moerus Argivom occidit? (⌞ ⌟ *Buecheler,* ferro non *vel* f. an *codd.*). Lvcil. 474. Svlp. Rvf. or. frg. Quint. inst. 4, 2, 106 somnone te languidum an gravi lethargo putem pressum? Cic. inv. 1, 51 'quid, si ... ornatum muliebrem pretii maioris habeat, quam tu habes, tuumne an illius malis?' respondit: 'illius vero.' S. Rosc. 74 si per alios fecisse dicis, quaero: quos? servosne an liberos? ⟨si liberos,⟩ quos homines? indidemne Ameria an hosce ex urbe sicarios? *al.* Caes. civ. 2, 32, 8 vosne ... L. Domitium an vos Domitius deseruit? Verg. Aen. 8, 114 pacemne huc fertis an arma? *al.* Ⓑ *duo (plura) enuntiata opponuntur, ita ut* -ne *fere semper primae voci prioris enunt. iungatur* (*praeter l. 20*), an *alterum enunt. antecedat*: Plavt. Mil. 1424 verberon etiam, an iam mittis? Trin. 473 quid? nunc si ... ad cenam veneris atque ibi opulentus tibi par forte obvenerit ..., edisne, an incenatus cum opulento accubes? :: edim, nisi si ille votet. Enn. scaen. 103 quid fit? seditio tabetne, an numeros augificat suos? (tabesne *trad.*). Ter. Ad. 336 patiamurne an narremu' quoipiam? **(***item dubitat locutor, quid agat*: Cic. Quinct. 54 controversia de re pecuniaria recens intercedit; postulone a praetore, ut eius bona mihi possidere liceat, an, cum Romae domus eius, uxor, liberi sint, domum potius denuntiem? *al.* Hor. ars 265 data Romanis venia est indigna poetis: idcircone vager scribamque licenter, an omnis visuros peccata putem mea? *al.***)**. Cic. S. Rosc. 119 iine, qui postulabant, indigni erant, qui impetrarent, an is te non commovebat, pro quo postulabant, an res ipsa tibi iniqua videbatur? Cluent. 82 quid Abbiana pecunia? vestigiisne nobis odoranda est, an ad ipsum cubile vobis ducibus venire possumus? Phil. 1, 11 quid ... erat causae, cur ... in senatum tam acerbe cogerer? solusne aberam, an non saepe minus frequentes fuistis, an ea res agebatur, ut etiam aegrotos deferri oporteret? *al.* Verg. Aen. 9, 184 dine hunc ardorem mentibus addunt, Euryale, an sua cuique deus fit dira cupido? *al.* -ne ... an fortasse: Avg. c. acad. 2, 2, 3 egone tibi gratiam non repensabo, an f. paululum debeo? 3, 4, 8 dixistine tandem, an f. obsurdueram videri sapienti se scire sapientiam? annuit.

Ⓘⓘ -ne (...) an non (*cf.* aut non *p. 271, 54; huc attulimus* an nevis *l. 42*; -ne *saepe verbo iungitur, aliter e. g. l. 56. 59*): Ⓐ an *suum habet verbum* (*idem praeter l. 51*): Plavt. Capt. 846 (*antea*: iube) iuben an non iubes astitui aulas? (*item fere pro iusso*: Merc. 150 vin tu te mihi obsequentem esse an nevis? Persa 533 tacen an non taces? Truc. 755 redin an non redis?). Epid. 538 estne ea an non east, quam animus retur meus? ... certe east (*de hominibus visis ut*: Mil. 416 haec mulier, quae hinc exit modo, estne erilis concubina Philocomasium an non est ea? :: hercle opinor, ea videtur. Pseud. 616. Trin. 1071 estne ipsus an non est? is est, certe is est). Pseud. 254 licetne, opsecro, bitere an non licet? Avg. c. acad. 3, 4, 9 videturne tibi scire sapientiam sapiens an non videtur? adult. coniug. 1, 3, 3 licetne discedere an non licet? quant. anim. 9, 14 quid ergo? istam, quae quattuor rectis paribus lineis confit, censesne posse etiam ita fieri, ut non anguli omnes in ea pares sint, an non putas? *al. apud eundem.* Ⓑ *exempla cetera* (an non *in fine sententiae ponitur praeter l. 54*): Plavt. Aul. 660 (*antea p. 266, 42*) abin [hinc] an non? :: abeo **(***fere pro iusso ut*: Curc. 566 reddin an non virginem, priu' quam te huic meae machaerae obicio? Pseud. 1246 statin an non? Rud. 1399 tacen an non? Truc. 825 [*821* loquere] dicin an non? Ter. Andr. 186 hoccin agis an non? :: ego vero istuc**)**. Capt. 74 estne invocatum ⟨scortum⟩ an non? planissume. Truc. 4. Ter. Haut. 405 videon Cliniam an non? (*de hominibus visis ut*: Phorm. 852 sed isne est quem quaero an non? ipsust). Vet. Lat. Luc. 6, 9 (Tert. adv. Marc. 4, 12, 10 [11]) licetne sabbatis benefacere an non? (*gr. εἰ ἔξεστιν ... ἀγαθοποιῆσαι ἢ κακοποιῆσαι, cod. 4. al. et Vulg.* si ... an). Tert. adv. Marc. 5, 7, 13. *al.*

**β** *electio praeparatur* (an *alteram partem interrogationis antecedit praeter p. 271, 31; plerumque duae voces sim. opponuntur, sed duo enuntiata p. 271, 1. 4. 25sqq.*): Ⓘ -ne *voci dubitatae prioris partis interrogationis iungitur*: Ⓐ uter ... -ne (...) an: Plavt. Men. 1119 uter eratis, tun an ille, maior? Cic. Cluent. 106 uter ... facilius suae sententiae rationem redderet, isne, qui se et sibi et rei iudicatae constitisse dicit, an ille, qui *eqs.* Rab. perd. 11 uter nostrum tandem, Labiene, popularis est? tune ... an ego? Sull. 22 uter tandem rex est, isne, cui innocentes homines non resistunt, an is, qui calamitosos non deserit? Planc. 85 uter ... nostrum est cupidior dicti? egone qui quod dici potuit non dixerim, an tu qui etiam ipse in te dixeris? Val. Max. 9, 1, 4. Ⓑ utrum ... -ne (...) an: Plavt. Bacch. 75 u. ego istuc iocon adsimulem an serio? Rud. 104 u. tu masne an femina es, qui illum patrem voces? :: vir sum equidem.

*[Schrickx]*

Stich. 699. TER. Eun. 721 u. praedicemne an taceam? (*[Bentley*; u. t. ne an p. *vel* u. ne t. an p. *codd.,* u. t. an p. ne *Kauer-Lindsay*]. DON. *ad l.* 1 sq. tertium *παρέλκον*: abundat enim aut 'utrum' aut 'ne'; aut certe ⟨τὸ⟩ *ἑξῆς* ⟨'utrumne'⟩, ut sit figura *τμῆσις*). Ad. 382 di vostram fidem, u. studione id sibi habet, an laudi putat fore, si perdiderit gnatum? (DON. *ad l.* 1 aut ordo est 'utrumne' aut est *παρέλκον* tertium aut vero per *ἔλλειψιν* accipitur, quasi dicat 'utrum est?' 2 aut 'utrum' supervacuum est aut 'ne' aut certe *τμῆσις* figura est pro 'utrumne'). CIC. inv. 1, 51 dic mihi, ... si vicina tua melius habeat aurum, quam tu habes, u. illudne an tuum malis? 1, 52 quid, si uxorem meliorem habeat, quam tu habes, u. ⟨tuamne an⟩ illius malis? Verr. II 3, 84. Phil. 13, 12 u. ... augurem Iuppiter ..., u. populus Romanus libentius sanciet Pompeiumne an Antonium? fin. 2, 60. div. 2, 120 u. ... censemus dormientium animos per sene ipsos in somniando moveri an ... adventicia visione pulsari? *al. apud eundem.* Ⓒ utrubi ... -ne an: NAEV. com. 81 u. cenaturi estis, hicine an in triclinio?

(II) *iunctura* utrumne ... an (... an *l. 33. 36*): Ⓐ *duae (plures) voces opponuntur*: CIC. inv. 1, 51 'quid? si virum illa meliorem habeat, quam tu habes, u. ne tuum virum malis an illius?' hic mulier erubuit. DICTVM Crassi Plin. nat. 17, 4 u. ne ... ego sum ... exemplo gravis ..., qui domo, quae mihi hereditate obvenit, comiter habitem, an tu, qui sex arbores ... *tanti* aestimes? SEN. Herc. O. 1254. *al.* CVRT. 9, 2, 19 u. ne vos magnitudo beluarum an multitudo hostium terret? *al.* utrumne ... an non: TERT. anim. 18, 1 quid ... erga ipsam prudentiae possessionem? u. ne impedimentum erit corpus, an non, si quis illud socium assumpserit in quaestionem? (*vertit Plat. Phaed. 65^A πότερον ... ἢ οὔ*). Ⓑ *duo (plura) enuntiata opponuntur*: CIC. rep. 3, 29 bonus vir ... si habeat servum fugitivum ... et ideo proscribat, ut vendat, u. ne profitebitur fugitivum se servum ... vendere an celabit emptorem? HOR. epod. 1, 7 (*ad Maecenatem*) u. ne iussi persequemur otium ... an hunc laborem ... laturi? (*item dubitat locutor, quid agat*: SEN. Ag. 579 [*loq. Clytemestra*] u. ne doleam laeter an reducem virum? Oed. 1036 u. ne pectori infigam meo telum an patenti conditum iugulo inprimam?). SEN. Thy. 1032 u. ne saevis pabulum alitibus iacent an beluis servantur an pascunt feras? *al.* MART. 3, 20, 2 dic, Musa, quid agat Canius meus Rufus: u. ne chartis tradit ille victuris legenda temporum acta Claudianorum, an quae Neroni falsus adstruit scriptor? an aemulatur inprobi iocos Phaedri? QVINT. inst. 12, 1, 40 sit aliquis insidiatus tyranno atque ob id reus: u. ne salvum eum nolet is, qui a nobis finitur orator, an ... non tam falsis defendet, quam qui apud iudices malam causam tuetur? *al.*

**b** -ne (...) necne: PLAVT. Capt. 713 emitteresne necne eum servom manu? LVCIF. non parc. 35 l. 2 iudicabatne resistentes sibi ... superbos necne?

**c** -ne ... -ne (... -ne *l. 46; electio non praeparatur praeter* ACC.): ACC. trag. 479 sed utrum terrae⟨ne⟩ motus sonitusne inferum pervasit auris? CIC. S. Rosc. 29 unde potissimum, iudices, ordiar aut ... a quibus auxilium petam? deorumne immortalium, populine Romani, vestramne, qui summam potestatem habetis hoc tempore, fidem implorem? VERG. Aen. 11, 126 iustitiaene prius mirer belline laborum? OV. met. 15, 503 indiciine metu magis offensane repulsae? (-ve, -que *var. ll. utrobique*). CARM. Char. gramm. p. 355, 31 horum quod mavis stultusne malusne videri? (CHAR. *ad l.* pro 'stultusne an malus'). CLAVD. rapt. Pros. 3, 430 ferus ille quis est? terraene marisne incola?

**d** -ne ... aut (*aliter p. 263, 63. 68; cf. p. 261, 23*): TERT. adv. Marc. 4, 9, 11 quid tum? perseveravitne in bonitate, id est permissione legis, aut non? (an *Pamelius*). VET. LAT. Iob 7, 12 (cod. 161. *al.*) utrumne mare sum ego aut draco? ([*gr. πότερον ... ἤ, Vulg.* numquid]. IREN. 2, 14, 7 u. ne hi ... cognoverunt veritatem aut non cognoverunt?). PETR. CHRYS. serm. 10, 2 (*ad psalm. 28, 1* filii dei) putasne caelestes taliter appellat iste virtutes, aut homines dei aptat in filios?

**2** -ne *non nisi posteriori parti, quae eligi potest, iungitur* (*cf. 1a, b, c; plures partes sunt l. 63*): ACC. trag. 537 ubi habet? urbe agrone? LVCIL. 559 aurum vis hominem⟨ne⟩? 582 nasum rectius nunc homini est s⟨u⟩raene pedes⟨ne⟩? VERG. Aen. 10, 378 deest iam terra fugae: pelagus Troiamne *novam* petamus? HOR. epist. 1, 11, 3 *sunt oppida* maiora minorane fama? (-que, -ve *var. ll.*). OV. met. 9, 147 conquerar an sileam? repetam Calydona morerne? (*versum secl. Tarrant*). fast. 6, 319 praeteream referamne tuum, rubicunde Priape, dedecus? PLIN. nat. 2, 20 agere curam rerum humanarum illud, quicquid est, summum ac ... *eo* ministerio non pollui credamus dubitemusne? (-ve *var. l.*). IVVENC. 3, 386 (-ve *var. l.; subest Matth. 17, 25*).

**II** *in interrogatione obliqua*: **A** *simplici* (*raro in versibus post* TER.; -ne *fere semper primae voci interrog. obliquae iungitur, sed post hoc poni potest [etiam in fine enuntiati p. 272, 14. 273, 19]; quod ubi fit, saepe verbo iungitur, e. g. p. 272, 16. 28. 60. 74, raro aliis vocibus, e. g. p. 272, 42. 63. 273, 16; in serie interrog.* -ne *iteratur, e. g. p. 272, 18. 49. 273, 14. 22, vel inter alias voces interrog. ponitur, e. g. l. 11. 17. 38. p. 273, 20*): **1** *per se interrogationem indicat; pendet e voce* (*fere verbo*): **a** *quaerendi, interrogandi sim.*: PLAVT. Amph. 715 te ... et salutavi et, valuissesne usque, exquisivi simul (Aul. 800 i, intro exquaere, sitne ita, ut ego praedico). Capt. 917 cocum percontabatur, possentne seriae fervescere (SALL. hist. frg. 1, 34 ortus sermo percunctantibus utrimque, satin salve. LIV. 21, 18, 1 ad percontandos Carthaginienses, publicone consilio Hannibal Saguntum oppugnasset. 30, 29, 3. *al.; cf.* RHET. Her. 2, 9, 13 *utemur* percontatione, scirentne adversarii *eqs.*). Curc. 19 quid tu ..., insane, rogitas, valeatne ostium? (Trin. 70 quid tu ... rogitas, tene obiurigem? TER. Ad. 620 rogito, Pamphila quid agat, iam partus adsiet, eon obstetricem accersat. LIV. 2, 36, 4. *al.*). Men. 918 quin tu me interrogas ..., soleamne esse avis squamosas? (Poen. 731 hominem interrogem, meus servos ad eum veneritne? CIC. Cluent. 33 dom. 77. *al.* CAES. civ. 3, 71, 4. *al.; cf.* LIV. 32, 37, 5 brevis interrogatio, cessurusne iis tribus urbibus esset, sermonem incidit). Poen. 181 rogato, servos veneritne ad eum tuos (CATO agr. 2, 1 vilicum vocet, roget, quid operis siet factum, quid restet, satisne temperi opera sie⟨n⟩t confecta, possitne quae reliqua sient conficere. CIC. Verr. II 4, 27 de orat. 2, 278. *al.* OV. met. 1, 249. *al.*). Stich. 204 perquirunt, quid sit causae ilico: ... uxorin sit reddenda dos divortio. CIC. inv. 2, 133 quaerere ab iudicibus, si ... exceptionem ipse *reus* in lege adscribat, passurine sint (Cluent. 105. *al.* ALF. dig. 11, 3, 16. *al.; aliter l. 51 sqq.*). Flacc. 55 a Trallianis requiro, quam pecuniam ab se ablatam querantur, suamne dicant (ac. 2, 77. *al.* SVET. Claud. 36). fin. 2, 54 ut ... tribunus plebis ferret ad plebem, vellentne de ea re quaeri (LIV. 1, 46, 1 ausus est ferre ad populum, vellent iuberentne se regnare [*sim.* 30, 43, 2 ad populum tulerunt, vellent iuberentne senatum decernere, ut *eqs. al. apud eundem*]). div. 1, 32 id possetne fieri, consuluit (1, 122 ALF. dig. 39, 2, 43, 2. *al.*). Att. 2, 12, 2 ibidem ilico puer abs te cum epistulis; ille ex me, nihilne audissem novi; ego negare (*intellegitur verbum quaerendi ut*: 10, 4, 11 sunt autem quae praeterii, interregnumne esset exspectaturus). LIV. 22, 57, 11 sciscitantes singulos, vellentne militare (SVET. Vit. 7, 3). 38, 48, 7 appello *vos* ..., sciatisne in exercitu Antiochi Gallorum legiones fuisse, videritis in acie eos *eqs.* PLIN. epist. 3, 9, 21 modo consilium a senatu petebam, putaretne debere me *eqs.* **b** *considerandi, videndi, iudicandi sim.* (*exempla selecta inde a* LIV.): PLAVT. Aul. 65 nunc ibo ut visam, estne (sitne *Pylades*) ita aurum, ut condidi (Bacch. 901 i, vise, estne ibi. Persa 79 visam hesternas reliquias ..., num infuerit febris, opertaen fuerint. Pseud. 1064 LIV. 39, 33, 3). Bacch. 405 nunc experiar, sitne aceto tibi cor acre in pectore. Mil. 536 vide, sitne istaec vostra intus (Most. 1109 vide sis, satine recte. CATO agr. 1, 4 videto, vasa torcula et dolia multane sient. CIC. Verr. II 2, 19 Flacc. 18. *al.* LIV. 8, 33, 8). Most. 166 contempla ..., satin haec me vestis deceat (282). Stich. 456 nunc interviso, iamne a portu advenerit. TER. Eun. 603 simul alia circumspecto, satin explorata sint. RHET. Her. 1, 10, 17 iurene (iure *fere trad.*) fecerit et licueritne facere, id est in controversia (CIC. inv. 1, 18 de orat. 2, 137. 3, 109. *al.* CAES. civ. 3, 82, 4. *al.*). 1, 17, 27 iudicatio: occideritne (CIC. inv. 2, 52. *al. apud eundem*). 2, 4, 7 spatium ita considerabitur: satisne longum fuerit ad eam rem transigendam, scieritne satis ad id perficiendum spatii futurum (2, 16, 24 CIC. inv. 2, 45. *al.* SALL. epist. Mithr. 1. *al.*). 2, 11, 16 primum, sitne ambiguum, quaerendum est (2, 13, 19 in ea convenit quaeri, iurene sit factum. *al.* CIC. inv. 1, 11. *al.* VARRO ling. 9, 40 nonnunquam quaerimus, genere similiane sint, quae significantur. 10, 9 QVINT. inst. 2, 4, 38. *al.; aliter l. 21 sqq.; cf.* quaestio: CIC. inv. 2, 52 q. est, maiestatemne minuerit. *al.* QVINT. inst. 3, 8, 20. *al.*). *al.* CIC. Tull. 12. Caecin. 85 neque in vi armatorum spectari oportere, in quo loco sit facta vis, verum sitne facta (VARRO rust. 1, 2, 8). *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 10, 5 tui consilii est ..., velisne perseverare. CAES. Gall. 5, 27, 9 ipsorum esse consilium, velintne ... milites ... ad Labienum deducere. VARRO ling. 7, 4 hic docet plura et satisfacit grato, quem imitari possimusne, ipse liber erit indicio. 8, 42. rust. 3, 9, 12 ova, quae incubantur, habeantne semen pulli, curator ... intellegere potest. VERG. Aen. 2, 597 (*Venus ad Aenean*) non prius aspicies, ubi ... liqueris Anchisen, superet coniunxne Creusa Ascaniusque puer? LIV. 1, 36, 4 inaugura, fierine possit quod nunc ego mente concipio. LEX de flam. Narbon. (CIL XII 6038; *saec. I²*) 11 iurati decernant, placeatne ei, qui flamonio abierit, permitti sta⟨tuam sibi ponere⟩. *al.*

**c** *sciendi, sentiendi, dubitandi sim.*: PLAVT. Aul. 432 volo scire ego item, meae domi mea⟨n⟩ salva futura (Pseud. 1131^a ut sciam, sitne Ballio domi. CIC. Att. 6, 3, 2. 9, 1, 2 scire ..., quid acturi sint, iturine ad Pompeium et, si sunt, qua quandove ituri sint. *al.* CAES. Gall. 5, 54, 5. LIV. praef. 1 facturusne operae pretium sim, si a primordio urbis res populi Romani perscripserim, ... *non* satis scio. *al.*). CIC. S. Rosc. 47 cum ... incertum sit, velintne hi sese nominari (Caecin. 74 i. est, quae lumina tua iure mancipi sint, ea possisne retinere. Att. 15, 9, 2. VERG. georg. 1, 25 tu ..., quem mox quae sint habitura deorum concilia i. est, urbisne invi-

*[Schrickx]*

sere, Caesar, terrarumque velis curam. *al.*). div. 2, 145 dubitans, essetne praegnans (Att. 12, 52, 2 sed nescio quid videris dubitare de Clodia; utrum quando veniat an sintne venales. *al.* FRONTO p. 190, 12. *al.*; *cf.* dubitatio: CIC. fam. 3, 5, 3 in dubitationem videtur adducere, visurusne me sis in provincia. VARRO ling. 10, 32). Att. 4, 8, 1 in oppido est quiddam, de quo est dubium, sitne venale (Ov. epist. 20, 43 LIV. 45, 22, 1). 6, 2, 8 haec a me ordine facta puto me Bruto probaturum, tibi⟨ne⟩ nescio, Catoni certe probabo ([*item e suppl.* 7, 11, 4]. fam. 2, 5, 2 LIV. 3, 47, 7). 8, 15, 1 ignoras, Domitius cum fascibusne sit. BELL. Alex. 53, 3. VAL. FL. 7, 541 puniceo regem spes vana sub ortu extulerat, quantis nox una diremerit undis Aesoniden, liberne freto iam vultus aperto. *al.* **d** *dicendi, scribendi*: CIC. Vatin. 21 uti mihi respondeas ..., fecerisne ante rostra pontem continuatis tribunalibus (23. *al.* LIV. 8, 32, 6 quin tu respondes, vetuerimne te quicquam rei me absente agere, vetuerimne signa cum hostibus conferre? *al.*). Tusc. 5, 35 tu ... ne de Persarum quidem rege magno potes dicere, beatusne sit? (VARRO ling. 10, 29 duo inter se similiterne sint longiores quam sint eorum fratres, dicere non possis, si *eqs.* LIV. 28, 45, 2. *cf.* 2, 34, 12 haud tam facile dictu est, faciendumne fuerit). Att. 6, 9, 5 perscribes, ... maxime ... de signis, tabulis quid fiat, referaturne (15, 13[a], 2 perscribe, quaeso, quae causa sit Myrtili ... et satisne pateat, unde corruptus. *cf.* scribere: 13, 16, 2 velim scribas ad me, primum, placeatne tibi aliquid ad illum, deinde, si placebit, hocne potissimum. 14, 1, 2). CASS. Cic. fam. 11, 2, 2 petimus a te, facias nos certiores tuae voluntatis in nos, putesne nos tutos fore. CAES. civ. 3, 19, 2 qui ... pronuntiaret, liceretne civibus ad cives legatos mittere. LIV. 3, 60, 11 cum ... duces, victisne cessuri essent, increparent. 10, 33, 3 cum consul vociferaretur, expulsine extra vallum castra deinde sua oppugnaturi essent. TAC. ann. 14, 9, 1 aspexeritne matrem exanimem Nero ..., sunt qui tradiderint, sunt qui abnuant. *al.*

**2** *iuxta aliam vocem interrog.; contextus est*: **a** *πύσμα* (*cf. p. 269, 36*): HOR. sat. 2, 3, 317 illa rogare, quantane *elisisset* (PLIN. nat. 35, 25 interrogatus, quantine eum aestimaret. *cf. p. 269, 49sqq.*). ARNOB. nat. 4, 4 pellendorum hostium dea potens Pellonia est; quorumne ... edite. **b** *interrogatio, cui solum assensione aut dissensione responderi potest* (*coni. Lindsay* PLAVT. Bacch. 235 ecquae⟨n⟩; *cf. etiam* anne): utrumne (*cf. l. 51*): MIN. FEL. 11, 7 sciscitari, u. ne cum corporibus, et corporibus quibus ... resurgatur. ARNOB. nat. 7, 9 p. 352, 9 (*loq. hostia*) interroga Pietatem, u. ne sit aequius me occidi, me confici, ⌊hominem⌋ venia ... donari (⌊ ⌋ an h. *man. alt. vix recte, sed si latet lacuna maior, fort. ad B pertinet; cf. Shackleton Bailey, Riv. Fil. Class. 116, 1988, 202*). LACT. inst. 2, 7, 8 ut ... renuntiaret sibi, u. ne fieri posset id, quod ... concepisset. epit. 64, 2 videamus, u. ne illis ratio subsistat. ira 17, 8 quaerere ..., u. ne sapiens esse possit, qui contumelias non vindicet? PELAG. frg. Migne suppl. 1, 1544sq. AVG. mus. 1, 12, 25 CAEL. AVR. acut. 1, 1, 22. NOVELL. Marc. 4, 1 l. 21 dubitationem in iudiciis nasci ..., u. ne haec nomina etiam ad pauperes ingenuas feminas referri debeant. *al.* *cetera exempla*: PRVD. c. Symm. 2, 940 respice, num Libyci desistat ruris arator frumentis onerare rates ..., numne Leontini sulcator solvere campi cesset ... cumbas (BOETH. in herm. comm. sec. 1, 1 p. 46, 12 illud quoque considerandum est, numne aliqua sit in his conpositio *eqs. cf. p. 269, 25sqq.*). AVG. util. cred. 9, 22 p. 27, 26 dic mihi, utrum, si quis fabellam libenter audiret nihil sibi omnino profuturam ..., videreturne tibi curiosus; non opinor (*fort. per anacoluthon*).

**B** *disiunctiva, sc. quae electionem responsi quaerit* (*auctores orat. solutae saepius* -ne *in interrog. disiunctivis obliquis quam rectis utuntur; pendet a verbo vel subst. vel adi., sed elliptice p. 274, 18sqq. 276, 46sqq.*):
**1** -ne *priori parti, quae eligi potest, iungitur*: **a** -ne (...) an(ne) (*plures partes sunt, ita ut* an *iteretur e. g. p. 274, 4. 7. 14; in parte prima* -ne *iteratur p. 274, 50; cf.* an ... -ne *p. 276, 53*): **α** *electio non praeparatur* (*sed interrog. antecedentem explicat l. 69. p. 274, 10sqq. 35*): (I) *usu vario* (*exempla selecta inde a* SALL.): Ⓐ *duae (plures) voces sim. opponuntur, ita ut* -ne *voci dubitatae prioris partis iungatur,* an *vocem dubitatam alterius partis antecedat* (*verbum commune fere ponitur ante* an, *e. g. l. 67. 74, vel post* an, *e. g. l. 67. 71, sed raro ante* -ne, *e. g. l. 75*): NAEV. trag. 34 dic quo pacto eum potiti: pugna⟨n⟩ an dolis? PLAVT. Asin. 805 si *amica* coronas ... iusserit ancillam ferre Veneri ..., tuos servos servet, Venerine eas det an viro. Men. 575 bonine an mali sint, id haud quaeritant. Poen. 109 rogitat postibi unde sit, quoiatis, captane an surrupta sit. Rud. 1069 quo modo habeas, id refert, iurene anne iniuria. *al.* ENN. ann. 197 vosne velit an me regnare era ... Fors, virtute experiamur. TER. Andr. 535 id viso, tune (tun *var. l.*) an illi insaniant. Hec. 122 ut incertus foret, pudorin anne amori obsequeretur magis. Haut. 541 iocone (-n *var. l.*) an serio ille haec dicat, nescio. Ad. 5 vos eritis iudices, laudin an vitio duci factum oporteat. 13 pernoscite, furtumne factum existumetis an *eqs.* LVCIL. 376 ‘accurrere’ scrib⟨a⟩s ‘d’ne an ⟨‘c’⟩, non est quo⟨d⟩ quaeras eque



labores. ACC. trag. 182 itera ..., fortunane an forte repertus? RHET. Her. 2, 4, 7. CIC. inv. 1, 1 hoc mecum cogitavi, bonine an mali plus attulerit ... summum eloquentiae studium. 2, 45 considerabit ..., hoc huiusne rei sit signum an illius an et huius et illius et utrius potius. carm. frg. 22, 3 ut ... Calchantis fata queamus scire, ratosne habeant an vanos pectoris orsus (*subest Hom. B 300 ἤ ... ἦε καὶ οὐκί*). Phil. 2, 99 quis interpretari potest, inpudentiorne, qui in senatu, an inprobior, qui in Dolabellam, an inpurior, qui patruo audiente, an crudelior, qui in illam miseram tam spurce ... dixeris? de orat. 1, 220 quis ... umquam orator magnus ... haesitavit ob eam causam, quod nesciret, quid esset iracundia, fervorne mentis an cupiditas puniendi doloris? part. 64 alterum *genus quaestionis,* quemadmodum quicque fiat, ut quonam pacto virtus pariatur, naturane an ratione an usu. *al.* CAES. Gall. 4, 14, 2. *al.* VARRO rust. 1, 2, 12 docete nos, agri cultura quam summam habeat, utilitatemne an voluptatem an utrumque. SALL. Catil. 1, 5 VARIVS carm. frg. 5 HOR. sat. 1, 9, 41. ars 114sq. intererit multum, divusne loquatur an heros, maturusne senex an adhuc florente iuventa fervidus, et matrona potens an sedula nutrix, ⌊mercatorne vagus cultorne virentis agelli⌋ (⌊ ⌋ *ad p. 276, 7*). *al.* *elliptice et parenthetice* (*sc. intellegitur* nescio *sim.; cf. p. 276, 46sqq.*): CIC. ac. 2, 63 Hortensius ... me quoque, iocansne an ita sentiens – non enim satis intellegebam –, coepit hortari, ut sententia desisterem. SALL. hist. frg. 2, 28 alione casu an ... venti per cava terrae citatu rupti aliquot montes tumulique sedere. MELA 2, 83 *quibusdam* auctoribus, verine ignorantia an prudentibus etiam mendacii lubidine, visum est tradere posteris ... piscem e terra penitus erui. TAC. ann. 12, 30, 2. 12, 67, 1 nec vim medicaminis statim intellectam, socordiane an Claudii vinolentia. PLIN. epist. 5, 4, 2 dixerunt se deceptos, lapsine verbo an quia ita sentiebant. SVET. Galba 12, 3 illa quoque verene an falso per ludibrium iactabantur. APVL. apol. 72, 1 fortene an fato ego advenio pergens Alexandream. flor. 19, 7 propinquis etiam hominibus invitis, quodne iam ipsi hereditatem habebant an quod adhuc illi fidem non habebant, ... difficulter Asclepiades impetravit brevem mortuo dilationem. *al.* Ⓑ *duo enuntiata opponuntur, ita ut* -ne *primae voci prioris enunt. iungatur* (*praeter l. 34. 41*), an *alterum enunt. antecedit*: PLAVT. Persa 34 haec dies summa hodie est, mea amica sitne libera, an sempiternam servitutem serviat. TER. Andr. 209 nec quid agam certumst, Pamphilumne adiutem, an auscultem seni. Ad. 241 potius quam venias in periclum, Sannio, servesne, an perdas totum, dividuom face. LVCIL. 214 possisne elabi, an porro prodenda dies sit. 601. CIC. inv. 2, 62 iudicatio: possitne quisquam de filii pupilli re testari, an heredes secundi ipsius patrisfamilias, non filii quoque eius pupilli heredes sint. de orat. 3, 115 cum quid cuiusque sit proprium exquiritur, ut ornate dicere propriumne sit oratoris an id etiam aliquis praeterea facere possit. *al.* CAES. civ. 1, 25, 3 *non* inveniri poterat, obtinendine Brundisii causa ibi remansisset ..., an inopia navium ibi restitisset. SALL. Iug. 14, 23 incertus, quid agam, tuasne iniurias persequar ..., an regno consulam. HOR. sat. 2, 3, 166 quid ... differt, barathrone dones quidquid habes, an numquam utare paratis? epist. 1, 17, 44 distat, sumasne pudenter, an rapias. OV. met. 1, 585 nescit, vitane fruatur, an sit apud manes. fast. 6, 335 dubium, nymphamne putarit, an scierit Vestam. LIV. 26, 11, 13. 36, 3, 7. MELA 3, 89 dubium aliquandiu fuit, essetne ultra pelagus, caperetne (*fort.* -que) terra circuitum, an exhausto fluctu sine fine se Africa extenderet. *al.*

(II) -ne (...) an non (an nondum *l. 61*): Ⓐ *verbum post* an *repetitur*: PLAVT. Merc. 452 qui scio quid sit ei animi, venirene eam velit an non velit? CIC. Cael. 52 illud requiro, dixeritne Clodiae, quam ad rem aurum sumeret, an non dixerit. CELS. 7, 2, 4 considerari debet, nervosusne is locus sit an non sit. GELL. 16, 2, 9 quicquid non perdidisti, habeasne an non habeas, postulo ut aias aut neges. AVG. nat. et grat. 7, 8 quaeritur, possitne an non possit homo esse sine peccato. *al.* Ⓑ *verbum commune est* (*in parte priore ponitur praeter l. 64*): TER. Hec. 509 renuntiet ... mihi, velitne an non. 558 roga, velitne uxorem an non. Phorm. 445 abi, vise redieritne iam an nondum domum. GELL. 16, 2, 5 postulo, uti respondeas, desierisne facere adulterium an non. TERT. adv. Marc. 4, 19, 8 ut scirent, natusne esset an non. AVG. quant. anim. 20, 34 quid ... ad talem eius quantitatem adtinet, semperne an non semper fuerit, futurave sit. *al.*

(III) -ne ... -ne ... an (*aliter l. 50*): CLAVD. 5, 132 *Rufinus* incertus, peteretne fugam, veniamne (-que *var. l.*) subactus posceret, an fidos sese transferret in hostes.

**β** *electio praeparatur*: (I) utrum ... -ne (...) an (-ne *voci dubitatae prioris partis iungitur,* an *vocem dubitatam alterius partis antecedit*): Ⓐ *duae voces sim. opponuntur*: NAEV. com. 53 ⟨dic⟩ u. est melius virginemne an viduam uxorem ducere? :: virginem, si musta est. PLAVT. Bacch. 501 inimiciorem nunc u. credam magis sodalemne esse an Bacchidem, incertum admodumst. Capt. 268 u. strictimne adtonsurum dicam esse an per pectinem, nescio. Poen. 1416. Pseud. 709 dic, u. Spem-

ne an Salutem te salutem, Pseudole? :: immo utrumque. Trin. 306 qui homo cum animo ... depugnat suo, u. itane esse mavelit, ut eum animus aequom censeat, an ita potius, ut parentes eum esse et cognati velint. CIC. inv. 2, 115 in quo, u. copiane sit agri, vectigalium, pecuniae an penuria, consideratur. Verr. II 4, 73 *Scipio* dixisse dicitur aequum esse illos cogitare, u. esset ... utilius suisne servire anne populo Romano obtemperare. Phil. 2, 30 numquamne (*ad p. 268, 73 sqq.*) intelleges statuendum tibi esse, u. illi, qui istam rem gesserunt, homicidaene sint an vindices libertatis? ac. 2, 71. nat. deor. 2, 87 videamus, u. ea fortuitane sint an eo statu, quo cohaerere nullo modo potuerint, nisi sensu moderante. LIV. 32, 34, 13 ab eo *imperatore Romano quaerere* ..., u. iisne urbibus decedere se aequum censeat, quas ab se ipso captas iure belli habeat, an iis etiam, quas a maioribus suis accepisset. GELL. 2, 2, 7 quaerimus ..., u. conveniat tene potius sedere, qui pater es, an filium, qui magistratus est. 7, 8, 3 LACT. opif. 3, 11. Ⓑ *duo enuntiata opponuntur*: PLAVT. Mil. 345 volo scire, u. egon (ego *var. l.*) id, quod vidi, viderim, an illic faciat, quod facturum dicit, ut ea sit domi. CIC. Quinct. 92 ea res ... in discrimine versatur, u. possitne se contra luxuriem ... defendere, an ... cupiditati petulantiaeque addicatur. Tusc. 4, 59 *est* illa distinctio, ... u. illudne non videatur aegre ferundum, ex quo suscepta sit aegritudo, an omnium rerum tollenda omnino aegritudo. GELL. 1, 23, 8 actum in senatu dixit, u. videretur utilius exque republica esse, unusne ut duas uxores haberet, an ut una apud duos nupta esset. utrum ... -ne an non: PLAVT. Most. 681 videndumst primum, u. eae velintne an (aut *var. l.*) non velint.

(II) utrumne ... an: Ⓐ *duo enuntiata opponuntur*: SISENNA hist. 123 u.ne divi cultu erga se mortalium laetiscant, an superna agentes humana neglegant. HOR. sat. 2, 3, 251 *non* differre, u.ne in pulvere, trimus quale prius, ludas opus, an meretricis amore sollicitus plores. SEN. suas. 1, 4 de Oceano ... dubitant, u.ne terras velut vinculum circumfluat, an in suum colligatur orbem. SEN. dial. 11, 6, 1. 11, 6, 2 omnes scient, quomodo te in isto tuo gesseris vulnere, u.ne statim percussus arma summiseris an in gradu steteris. *al.* CVRT. 3, 7, 8 consilio habito, u.ne ultra progrediendum foret, an ibi opperiendi essent novi milites. *al.* utrumne ... an non: LACT. inst. 3, 15, 3 quaero ..., u.ne Academiam philosophiam putet esse an ⸤non⸥ (non sit *var. l.*). HIER. in Eph. 3, 5 p. $479^{A}$. *al.* Ⓑ *duae voces sim. opponuntur* (*exempla selecta inde a* CVRT.): CATVLL. 97, 2 non ... quicquam referre putavi, u.⟨ne⟩ os an culum olfacerem Aemilio. ALF. dig. 34, 2, 28 quaesitum est, quid cuiusque usus causa videretur paratum esse, u.ne id argentum, quod victus sui causa paratum pater familias ad cotidianum usum parasset, an et si eas mensas argenteas et eius generis argentum haberet. HOR. sat. 2, 6, 73 quod ... nescire malum est, agitamus, u.ne divitiis homines an sint virtute beati. SEN. contr. 7, 1, 20 de colore inter maximos et oratores et declamatores disputatum est, u.ne aliquid deberet dici in novercam an nihil. CVRT. 6, 11, 28 ut experiremur, u.ne vino gravatus effudisset illa an altiore concepta consilio. TAB. Vindol. III 628, 5 quid velis nos fecisse, rogo ... praecipias, u.ne cum vexsillo omnes rediemus an alterni (*nisi ad p. 271, 25 sqq.*). AFRIC. dig. 30, 107 pr. in potestate eorum, quibus sit legatum, debere esse ait, u.ne a singulis heredibus petere velint an ab eo, qui praecipere sit iussus. *al.*

(III) uter ... -ne ... an: CIC. Phil. 11, 9 dubitandum *vix est,* uter miserior sit, isne, cuius mortem senatus ... ulcisci cupit, an is, qui cunctis senatus sententiis hostis est iudicatus. GELL. 3, 2, 1 quaeri solitum est, qui noctis hora tertia ... nati sunt, uter dies natalis haberi appellarique debeat, isne, quem nox ea consecuta est, an qui dies noctem consecutus est.

**b** -ne (...) necne (-ne *verbo, sc. loco primo, iungitur*): **α** *electio non praeparatur*: (I) necne *suum habet verbum*: PLAVT. Cas. 572 ⟨per⟩contarier, adsitne ei animus necne ⟨ei⟩ adsit, quem advocet. Epid. 322 sitne quid necne sit, scire cupio. Pseud. 451 exquaerere, sintne illa necne sint, quae tibi renuntiant. CIC. nat. deor. 1, 61 quaeritur primum in ea quaestione, quae est de natura deorum, sintne dei necne sint. (II) *exempla cetera*: PLAVT. Bacch. 400 nunc certamen cernitur, sisne necne, ut esse oportet, malus, bonus quoivis modi. Capt. 283 nunc vivat⟨ne⟩ necne, id Orcum scire oportet scilicet. Cas. 95 dehinc conicito ceterum, possisne necne ... praeripere Casinam. Persa 78 visam hesternas reliquias, quierintne recte necne. CIC. inv. 2, 92 iudicatio est ..., dedendusne sit hostibus necne. 2, 94 quaeri ..., fueritne ei, quo de agetur, id iuris ... attributum necne. Q. Rosc. 52 quaero ..., potueritne Roscius ex societate suam partem petere necne. Tusc. 2, 42 sitne ... malum dolere necne, Stoici viderint. Att. 15, 20, 4 sitne ... explicata necne, tecum cognoscam. CLAVD. MAM. anim. 3, 11 p. 173, 9 videatne per sese humanus animus necne, videamus.

**β** utrumne ... necne: *v. p. 278, 63 sq.*

**c** -ne ... -ne (... -ne *p. 276, 10; in versibus praeter l. 75. p. 276, 15 sq.*): TER. Hec. 665 videte ..., remissan opus sit ⸤vobis⸥ redductan domum (⸤ ⸥ v. an *codd. plerique*). CAES. Gall. 7, 14, 8 *non* interesse, ipsosne interficiant impedimentisne exuant. VERG. Aen. 1, 308 qui teneant ..., hominesne feraene, quaerere constituit. 5, 95 incertus, geniumne loci ⸤famulumne⸥ parentis esse putet (⸤ ⸥ GLOSS. an f.). 5, 702 sq. versans, Siculisne resideret arvis oblitus fatorum, Italasne capesseret oras. 12, 321 incertum ..., quis tantam Rutulis laudem, casusne deusne, attulerit (-ve ... -ve *var. l.*). HOR. epist. 1, 15, 15 collectosne bibant imbres puteosne perennis iugis aquae ..., scribere te nobis ... par est. ars 117 *p. 274, 17.* TIB. 3, 11, 20 quid refert, clamne palamne roget? (-ve ... -ve *vel* -ne ... -ve *var. ll.*). OV. met. 3, 256. 13, 912 monstrumne deusne ille sit, ignorans. MANIL. 2, 651 distat ..., surgatne eadem subeatne cadatne. 3, 316 nec refert illic, quo sol decurrat in astro, litoreumne (-ve *fere trad.*) coquat Cancrum contrane (-ve *var. l.*) feratur. LVCAN. 7, 172 dubium, monstrisne deum nimione (-ve *fere trad.*) pavore crediderint. SIL. 10, 610 incerti trepidant, tendantne negentne iactato dextras (-ve ... -ve *trad.*). STAT. silv. 4, 4, 21 dubium, morumne probandus ingeniine bonis? CLAVD. MAM. praef. p. 19, 8 viceritne cesseritne, tu ... ferto sententiam. 3, 8 p. 168, 6 mea ... non refert, suumne alienumne corpus habeat.

**d** utrumne ... aut: HERM. vulg. vis. 3, 4 qui cogitant in cordibus suis, u.ne sint haec aut non (*gr. 3, 4, 3* εἰ ἄρα ... ἢ οὐκ, *Pal.* si ... aut non). HIER. epist. 36, 1, 4 certe expecto, quid placeat, u.ne epistolari brevitate sententias tibi velis digeri aut singulorum libros confici. CAEL. AVR. acut. 2, 9, 51 videndum est, u.ne in accessione id fieri eligat aut in dimissione. 2, 24, 135 quaerendum, quid magis esse confirmat, u.ne fluorem ventris aut tumorem. FVLG. myth. 2 praef. p. 35, 11 bifida ambiguitate suspensus, u.ne lector quilibet laudet constructa aut (an *var. l.*) destruat laborata.

**2** -ne *non nisi posteriori parti, quae eligi potest, iungitur* (*cf. 1a, b, c*): **a** *exempla varia* (*tertia vox opponitur per* -ve *l. 43*; -ne *fere alteri voci dubitatae iungitur, sed verbo communi l. 37. 39*): PLAVT. Pseud. 1290 cogito, saeviter blanditerne adloquar. ENN. ann. 82 certabant, urbem Romam Remoramne vocarent. CIC. Phil. 2, 41 vide, quam te amarit is, qui albus aterne fuerit, ignoras. orat. 115 qua ratione, verum falsumne (-ve *var. l.*) sit, iudicetur (ac. 2, 143 quo modo iudicare oporteat, v. f.ne sit. Tusc. 1, 14 iudicari, v. id f.ne sit. NEP. Dat. 9, 2. *al.; cf.* CIC. fin. 5, 87 vere falsone, ⟨non⟩ quaerimus). ac. 2, 135 recte secusne, alias viderimus. div. 2, 142. fat. 9 fatemur, acuti hebetesne, valentes inbecilline simus, non esse id in nobis. *al.* VERG. Aen. 10, 108 Tros Rutulusne fuat, nullo discrimine habebo. HOR. sat. 1, 2, 63 quid interest in matrona, ancilla peccesne togata? (-ve *codd. potiores*). 1, 2, 76 tuo vitio rerumne labores, nil referre putas? 1, 8, 2 cum faber, incertus scamnum faceretne Priapum, maluit esse deum *lignum.* 2, 5, 54 solus multisne coheres, veloci percurre oculo. *al.* OV. met. 1, 578 nescia, gratentur consolenturne parentem. 5, 167 dubius Perseus, dextra laevane feratur. 6, 329 Naiadum Faunine foret tamen ara, rogabam, indigenaeve (-ne *cod. unus*) dei. *al.* LIV. 1, 46, 4 Prisci Tarquini regis filius neposne fuerit, parum liquet. *al.* MANIL. 2, 348 distat ..., [an] partes consumat linea iustas detrectetne (*Bentley,* -que *trad.*) modum numeri, quem circulus ambit. *al.* *elliptice et parenthetice* (*cf. p. 274, 18 sqq.*): PRVD. perist. 10, 170 iam necesse est audias, nolis velisne, quid colatis sordium. SIDON. epist. 9, 7, 1 quidam ... scribam tuum ..., pretio fors fuat officione demeritum, ... declamationum tuarum schedio emunxit. **b** utrum *praeparat electionem*: NEP. Iph. 3, 4 is cum interrogaretur, u. pluris patrem matremne (-ve *var. l.*) faceret, 'matrem' inquit. MART. CAP. 5, 520 in monosyllabis inspiciendum, u. finalis longa brevisne sit. **c** an ... -ne (*si recte; cf. l. 45*): GELL. 20, 1, 34 ut, an prudens inprudensne (-ve *trad.*) rupisset, spectandum putarent (an *del. Madvig*).

***appendix*** *syntactica et stilistica ad caput alterum*: **1** *de positione*: **a** *in enuntiato*: -ne *plerumque primae voci sententiae iungitur (secundae, cum praepositio aut coniunctio aut particula exclamativa antecedit); cum ponitur alio loco, saepe verbo iungitur* (*e. g.* PLAVT. Asin. 444 *p. 262, 75.* TER. Phorm. 518 tum praeterea horunc amorem distrahi poterin pati? [poteris *var. l.*]. TVRPIL. *p. 263, 21.* CIC. off. 3, 89 quid? dominus navis eripietne suum?) *vel voci, ad quam interrogatio pertinet* (*e. g.* PLAVT. Asin. 128 promerenti optime hoccin preti redditur? Trin. 987 is ipsusne es? CAECIL. *p. 262, 65.* CIC. Mil. 36 quid? ego, iudices, cum maerentibus vobis urbe cessi, iudiciumne timui?). *ceterum cf. quae notavimus de interrog. recta disiunctiva p. 269, 67. 270, 16. 39. 65, de interrog. obliqua simplici p. 271, 72, disiunctiva p. 273, 62. 274, 32. 69. 275, 55.*

**b** *cui voci iungitur* (*de usu* PLAVTI *et* TER. *cf. Morris, Am. Journ. Phil. 10, 1889, 399 sqq.*): **α** *varia notanda*: -ne *vocibus cuiusvis paene generis, imprimis verbo, iungi potest, sed raro praepositioni* (adversumne TER. Ad. 676, contrane HOR. epod. 11, 11 GELL. 1, 11, 9) *aut coniunctioni vel particulae* (ergone *p. 277, 11,* quian(e) PLAVT. Most. 1132 Persa 851. *al.,* quodne CIC. fin. 4, 19 APVL. flor. 19, 7, ut(i)n(e) NAEV. trag. 29 [*nisi* ut in]. PLAVT. Merc. 576. *al.,* tamenne CIC. dom. 50 [*post enunt. condic., ut* 82. *al.*]) *aut voci interrog.* (utrumne *v. l. 18 sqq. p. 269, 30 sqq. 271, 16 sq. 55 sqq.*

[Schrickx]

*p. 273, 36sqq. 275, 25sqq., alias iuncturas v. p. 269, 25sqq. 37sqq. p. 273, 30 sqq. 48sqq.; vix addas p. 261, 31*). *etiam negationi iungi potest* (necne *v. p. 278, 13,* nonne *v. suo loco*): PLAVT. Amph. frg. 17 nilne te pudet, sceleste, populi in conspectum ingredi? (Asin. 933. *al.* TER. Andr. 435. *al.* CIC. Verr. I 20 nihilne. *al.*). Asin. 169 numquamne expleri potes? (TER. Phorm. 805 TITIN. com. 62 CIC. Verr. II 5, 144. *al.*). 504 nequeon ego ted interdictis facere mansuetem meis? *al.* **β** *iuncturae potiores*: adeone: *inde a* CIC. Cluent. 170, *saepe in iunctura* usque adeone. ain: *v. vol. I 1460, 32sqq.* audin, audistin: *v. vol. II 1270, 72sqq.* egon(e): *v. vol. V 2, 253, 50sqq. (de prosodia). 262, 17sqq.* ergone: *inde a* TERT., *v. vol. V 2, 775, 15sq.* etiamne: *v. vol. V 2, 933, 31sqq.* hic(i)ne *sim.: v. vol. VI 3, 2694, 83sqq.* iamne: *v. vol. VII 1, 110, 28sqq.* ideone: *inde a* CIC. Cael. 34. itan(e): *v. vol. VII 2, 527, 53sqq.* potin(e): *v. vol. X 2, 337, 7sqq.* putasne: *inde a* CIC. div. in Caec. 37 (*iunctura paene tamquam particula interrog. utuntur saepius* AVG., BOETH. *al.; cf. vol. X 2, 2770, 67sqq., ubi tamen exempla priora vix ab usu communi discrepant*). satin(e): *maxime apud* PLAVT., TER., *nonies apud* LIV., *singulis binisve locis apud* ENN., CAECIL., TVRPIL., ACC., CIC., SALL., SEN. *trag.,* TAC., FRONTONEM, DON., AVSON., SYMM. scin: *saepius apud* PLAVT., TER., *semel apud* CIC., *bis apud* QVEROL.; scisne: *semel apud* CIC., PLIN. nat. *al., saepius apud* AVG. tantusne *sim.: inde a* TER., *saepius apud* CIC., AVG. tun(e): *saepe per totam latinitatem.* viden: *maxime apud* PLAVT., TER. *et hic illic apud poetas, in orat. soluta ter apud* CIC., *semel apud* LIV., AVG. (*e coni. pro* vident FIRM. err. 21, 2); videsne: *inde a* PLAVTO, *saepius apud* CIC., AVG., BOETH. vin: *maxime apud* PLAVT., TER., *singulis locis apud* HOR., APVL. (*in var. l.* PERS. 6, 63); visne: *inde a* PLAVTO, *saepius apud* CIC.

**2** *de formis*: **a** -n: **α** *doctrina gramm.: apostrophon* n' *legunt*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 194, 7 apostrophon sic notant: ad caput eius consonantis, cui vocalis subtracta est, inflexam virgulam ... imponunt, ut 'tanton' me *eqs.*' (*affert p. 269, 13, ut sim.* DON. gramm. IV 372, 11 DOSITH. gramm. 4, 6 DIOM. gramm. I 435, 19). DON. Ter. Phorm. 372, 1 (rec. A) pergin: ἀπόστροφος per παρένθεσιν. 373, 2 (rec. B) ain' ἀπόστροφος nota est, quae separat e ab n. PRISC. gramm. III 102, 9 sola haec (*sc.* ne) apostrophum accipit apud Latinos. 466, 5. *synaloepham intellegit*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 22, 8 eliduntur autem vocales singulae, cum duae concurrerunt, ut 'men incepto ...' (VERG. *p. 267, 40*), non 'mene', et 'ten inquit ...' (Aen. 11, 42), non 'tene'. **β** *usus auctorum*: *pro* -ne: *apud* PLAVT., ENN., TER. *et scaenicos veteres vocalis* e *et ante vocales et ante consonantes saepe omittitur; postea in orat. soluta solum apud* CIC. (*in iuncturis* adeon, domin, eon, sensistin, tun), SEN. *rhet.* (agon), FRONTONEM (meministin), QVEROL. (dixin), *in versibus apud* CATVLL. (ten), VERG. (mortalin, Pyrrhin, talin, tanton), HOR. (men, ten, tun), TIB. (sicin), LYDIAM (egon), PERS. (itan, men, min, nemon, ten, tun), IVV. (ten). *pro* -sne: *apud poetas veteres saepe legitur c. verbis II^ae^ pers. sing.* (*e. g.* ain, audin, scin, viden, vin), *etiam in iuncturis* in (*pro* isne [*pron.*], *v. p. 263, 57*), potin, sanun, satin *al.; postea hic illic occurrunt in orat. soluta* ain, satin, scin, viden, vin *apud* CIC., SALL., LIV., VAL. MAX., TAC., FRONTONEM, APVL., *in versibus* talin, viden, vin *apud* CATVLL., VERG., HOR., TIB., VAL. FL., SIL., STAT., censen, nostin *apud* PERS.; *cf. sub 1bβ.*

**b** tanne *pro* tamne: *v. p. 268, 65.*

**c** *ante* -ne *vocalis* i *additur vocibus in* -c *desinentibus* (*excepto fort.* PLAVT. Mil. 628 tamine): *formis pron. q. s.* hic *passim, v. vol. VI 3, 2694, 83sqq.,* iste *v. vol. VII 2, 496, 12sqq. 49sq. 60sq. 497, 6; ceterum* illicine *vol. VII 1, 370, 23sq.* *adv.* sic(c)ine *passim; ceterum* adhucine APVL. met. 9, 3, 1, hicine *vol. VI 3, 2752, 47sqq.,* hincine AVG. civ. 6, 6 p. 256, 20. *al.,* huc(c)ine *vol. VI 3, 3071, 47sqq.* (*addas* HIER. vita Malchi 6, 4 AVG. c. Iulian. op. imperf. 4, 101 virg. 35, 35; *cf.* hoc- *ibid. 3073, 83*), isticine PLAVT. Rud. 110, nuncin(e) TER. Andr. 683 LABER. mim. 119 AMBR. epist. 10, 73, 15. *al.,* tuncine AVG. anim. 4, 5, 6 p. 386, 15.

**3** *varia syntactica*: **a** -ne *ad enunt. primar. pertinet, sed in enunt. secund. ponitur* (*cf. p. 266, 74sqq.*): PLAVT. Mil. 614 quodne vobis placeat, displiceat mihi? (*item c. pron. rel.*: Rud. 272 *p. 264, 48.* Stich. 501 quaen eapse deciens in die mutat locum, ea ego auspicavi? CIC. Lig. 13 APVL. apol. 96, 2). CIC. Verr. II 1, 78 tune quod videris ..., nisi id ad nutum tuum praesto fuerit ..., immittentur homines? 1, 122 oblitosne ... hos putatis esse, quem ad modum sit iste solitus virgis plebem Romanam concidere? (*item in acc. c. inf.*: Phil. 6, 6 passurumne censetis Antonium introire Mutinam legatos, exire inde tuto? 13, 46. LIV. 5, 5, 6 relinquendane haec censetis?). LVCAN. 8, 523 tene mihi dubitas an sit violare necesse? SIL. 10, 59 mortemne sub armis cur poscam, causa ista parum est? **b** -ne *particulae sim. iuxtaponitur: saepe in eadem sententia legitur* ergo, etiam, iam (*cf.* iamne *l. 12*), igitur, sed, tandem, vero (*cf.* ain vero). forte: CAES. AREL. serm. 18, 4 mathematicusne f. longam vitam tibi promisit, qui cum quo pereat quaerit? (*subest fort. confusio quaedam c.* 4. nē, *cf. infra p. 314, 54*). obsecro: *v. p. 263, 15. 264, 48. al.* (*cf.* amabo PLAVT. Cist. 19 Truc. 665. *al.*, quaeso *e. g. p. 262, 66. 263, 34*). **c** -ne *in acc. c. inf. ponitur (usu peculiari c. affectu obstupescentis v. p. 267, 28sqq.), ita ut: ad enunt. primar. pertineat (cf. etiam p. 277, 68) in explicatione prioris interrog.*: CIC. S. Rosc. 64 quid poterat tam esse suspiciosum ...? neutrumne sensisse? div. in Caec. 70 quid sibi iste vult? accusatoremne se existimari? Verr. II 5, 83 Phil. 12, 22 PLIN. nat. 17, 7. *pars orat. obliquae sit*: LIV. 6, 17, 3 hocine patiendum fuisse, si ad nutum dictatoris non responderit vir consularis? 6, 17, 5. 45, 19, 15. TAC. ann. 1, 26, 2 Tiberium olim nomine Augusti desideria legionum frustrari solitum: easdem artes Drusum rettulisse; numquamne ad se nisi filios familiarum venturos?

*iunctura* ^**necne.** *scribitur* negne *in cod. ant.* PRISCILL. tract. 3, 66; *cf. p. 279, 16.* *de formis*: PROB. app. gramm. IV 199, 14 -e, non necnec. *per apocopen metricam* PLAVT. Mil. 1051 *p. 279, 19.* *de notione*: PRISC. gramm. III 101, 10 (*inter coniunct. dubitativas*). GLOSS. -e: ἢ οὔ. μηδαμῶς. aut non. an non (*addas p. 279, 40*). *sim. al.; mirum*: GLOSS.^L^ III Abol. NE 11 -e: utrum (TER. *l. 33 confert Lindsay; v. potius l. 44sqq. 48sqq.*). *legitur inde a* PLAVTO (*12^ies^ / an non 27^ies^*), TER. (*1/11*), CATONE (*2/–*), RHET. Her. (*1/5*), CIC. (*59/10*); *deinceps admodum raro apud poetas* (*sc.* LVCR. *ter,* HOR. sat. epist. *quinquies,* OV. trist. 4, 3, 10 SER. med. 605. AVSON. 26, 55 [301, 4 S.]). **[***confunditur in codd. c.* nec PLAVT. Mil. 1051 HIER. epist. 107, 6, 4 (*restit.* LVCR. 1, 954 PORPH. Hor. carm. 3, 2, 19), neque BELL. Afr. 8, 4 (*restit.* FEST. p. 189; *cf. p. 279, 31*). *falso trad. pro* an *vel* neque ISID. orig. 1, 21, 4 de quibus dubitatur, ⌊utrum⌋ tolli debeant *e contextu* -e ⌊adponi⌋ (⌊ ⌋ *om.* NOT. Suet. gramm. VII 536, 3).**]**

*est particula disiunctiva*: **I** *usu originario, sc. interrogationi antecedenti opponit eius negationem*: **A** *sine praedicato suo*: **1** *in interrog. obliqua*: **a** *quae nulla particula inducitur*: **α** *in enunt. secund.*: ① *usu sollemni* -e *ponitur ultimo loco*: PLAVT. Stich. 429 *ad cenam iturus sim* roga⟨tu necn⟩e, nil moror (*ita cod. A lectu difficillimus, om. P*). frg. inc. 14 rogata fuerit -e, flocci aestumo. TER. Haut. 95 *filium* habeam -e, incertum est. CATO agr. 108, 1 (*inde* capp. 117) vinum si voles experiri, duraturum sit -e. 111 (*inde* capp. 120) si voles scire, in vinum aqua addita sit -e. CIC. Tull. 38 quaero, venerit ea res in hoc iudicium -e. Verr. II 1, 117 quid ... interest, *tabulae* proferantur -e? *et passim.* ⑪ *alio ordine (saepe ad acuendam vocem maioris momenti): ponitur post praedicatum neque ultimo loco* (*cf. e. g. l. 66. 70*): PLAVT. Merc. 457 nescio ..., velit ille illam -e abalienarier. VARRO ling. 9, 43 simile sit -e nomen nomini (*sec. 8, 42* similis aut dissimilis). HOR. sat. 1, 4, 63 *comoedia* iustum sit -e poema. LIV. 8, 32, 3 quaero ..., aequum censeas -e magistrum equitum dicto audientem esse. CELS. 2, 10, 4 possit -e superesse. IAVOL. dig. 42, 5, 28 nihil interfuerit, adiretur -e pupilli hereditas. *al.* *inseritur praedicato*: PLAVT. Epid. 462 non edepol scio, molestum *id* ⌊-e sit⌋ (*cod. A,* non est *P*). Trin. 850 natus -e is fuerit. CIC. Caecin. 71 cum quaeritur, aliquid factum -e sit. Tusc. 4, 62 bonum illud -e sit, quod *eqs.* nat. deor. 1, 37 HOR. sat. 1, 4, 125. LIV. 26, 34, 4 publicanda -e bona essent. *al.* *ponitur ante praedicatum* (*cf. e. g. l. 72*): CIC. part. 43 iure -e actum sit, quaeri solet. HOR. sat. 1, 4, 45 quidam comoedia -e poema esset, quaesivere. 2, 6, 73 male -e Lepos saltet. epist. 2, 1, 79 recte -e. CELS. 4, 6, 2 mitti ... -e debeat *sanguis.* 5, 28, 12^C^ ⌊iam -e⌋ eo, *sc. ad os,* fistula pervenerit (⌊ ⌋ *v. app. crit.*). *al.*

**β** *in qualibet structura*: TERT. adv. Marc. 1, 21, 2 *ut* nulla disceptatio esset servandae legis -e **(***inde restituendum vid.* pudic. 21, 13 in illa disceptatione custodiendae ⟨-e⟩ legis. *item iuxta gerund.*: COD. Theod. 11, 30, 60 de appellationibus recipiendis -e. Iust. 1, 4, 16 [= 5, 1, 5, 5; *a. 472*] super recipiendis -e arris praestitis**)**. resurr. 36, 1 de carnis ... obtentu nupturae -e post resurrectionem. VLP. dig. 12, 3, 4, 2 in arbitrio esse iudicis deferre iusiurandum -e (*item iuxta inf.*: HIER. epist. 107, 6, 4 offerre -e [nec *var. l.*] filiam potestatis tuae fuit). *in titulo partis libri*: NOVELL. Valent. 19 rubr. de homicidiis casu factis ⌊-e⌋ (*cod. Γ, om. cett.*).

**b** *quae inducitur particula*: **α** -ne: *v. p. 275, 61sqq.* **β** utrum (*cf. p. 279, 22. 24*; utrumne ARNOB. nat. 5, 24 p. 279, 12 LACT. inst. 6, 12, 29. *al.*): RHET. Her. 1, 12, 22 ut ... iudicium ... fiat, u. illi liceat accusare -e. CIC. Tull. 42 id quaeri, u. h⟨a⟩ec tam acerba ... facta essent -e. fin. 3, 73 u. conveniat -e natura hominis cum universa. *al.* CAES. Gall. 1, 50, 4 ut ... sortibus ... declararent, u. proelium committi ex usu esset -e. BRVT. Cic. fam. 11, 26 deliberent, u. traiciant legiones ex Africa -e ... et Brutum accersant -e. ALF. dig. 50, 16, 203. LIV. 34, 2, 5 u. e re publica sit -e id, quod ad vos fertur. *al.* *coniunguntur* utrum -e: HIER. epist. 97, 3, 1 quod u. -e consecutus sim, vestro iudicio derelinquo. AVG. civ. 9, 4 p. 372, 17 *comitibus* adtentis, ⌊u. -e⌋ philosophus animo turbaretur *tempestate* (⌊ ⌋ u. ne, u. nec *var. ll.*). gest. Pelag. 12, 27. **γ** an (*cf. p. 279, 29*): ALF. dig. 40, 1, 6 consulebat ..., an eam *pecuniam* sibi heredes patroni reddere deberent -e. GAIVS dig. 30, 68 pr. IREN. 3, 12, 14 l. 524.

[Schrickx]

*al.* an ... an -e (*cf. etiam l. 16*): TERT. adv. Iud. 6, 3 quaerendum, an venerit an -e (*v. Tränkle ad l.*). **δ** si (*cf. l. 34*): VITR. 7, 5, 4 *non* animadvertunt, si quid eorum fieri potest -e. VLP. dig. 34, 3, 5, 2 parvi ... refert, si sit aliquid in peculio ... -e. AMBROSIAST. in Eph. 6, 21 de Effesiis ... hoc cognoscendum, si proficerent -e. RVFIN. Clement. 10, 12, 6. *al.*

**2** *in interrog. recta* (*praeter l. 7sqq. interrogatio prior caret particula*): PLAVT. Capt. 713 (*antecedit* -ne, *v. p. 271, 40*). CIC. Flacc. 59 utrum voltis patri Flacco licuisse -e? (PS. CYPR. rebapt. 4 p. 73, 24 u. censeas salutem percepisse eum -e?). Tusc. 3, 41 sunt haec tua verba -e? (*item sine alia particula interrog. claudit sententiam*: off. 3, 93 faciat, quod promiserit, -e? ALF. dig. 38, 1, 26 pr. id ius est -e? PAVL. dig. 42, 5, 6, 2 LVCIF. non parc. 6 l. 9. *al.*). LVCR. 3, 713 semina ... linquuntur -e animai corpore in exanimo? TRACT. Pelag. 6, 14, 3 p. 155 resurrectionis tempore erit -e huius sexus ... salva diversitas? *iunctura* an -e (*cf. l. 1*): LVCIF. reg. apost. 1 l. 101 arbitrari⟨s⟩ nos posse Christianos eripi de manibus tuis ⌊an -e? quod⌋ sciam *eqs.* (⌊ ⌋ *Diercks*; anneg nequod *vel* an negne quod *trad., corr. alii aliter*).

**B** *praedicato posito* (*non nisi in interrog. obliqua*): **1** *iterato*: PLAVT. Mil. 1051 sit ⌊-e⌋ sit spes, in te uno est ([⌊ ⌋ *per apocopen, v. Soubiran, Prosodie et métrique ..., 1995, 233sq.*; nec *var. l.*]. *nulla praemissa particula interrog. ut*: CIC. part. 33 id aut s. -e s. aut quid sit aut quale sit, quaeritur. *al.* LVCR. 1, 954 nec⟨ne⟩. *antecedit* -ne *p. 275, 58,* utrum CIC. fin. 5, 45). CIC. Flacc. 80 *praedia* sint -e sint mancipi (*nulla praemissa particula interrog. ut*: fin. 4, 29. *antecedit* -ne *p. 275, 58sq.,* utrum CIC. nat. deor. 3, 17). fin. 4, 69 valeamus aegrine simus, ... famem propulsare possimus -e possimus. Tusc. 2, 29 doleam -e doleam, nihil interesse. div. 1, 86 fiat -e fiat, id quaeritur. fam. 3, 11, 2 quid enim? facta -e facta largitio *sit,* ignorari potest? (nec non, nec ne *var. ll.,* factane an non *Martyni-Laguna*). **2** *variato*: THEOD. MOPS. in I Tim. 3, 7 p. 116, 2 incertum est, an in proposito meliore persistat ⌊-e⌋ ad antiqua recurrens sui deterior existat, sed studio meliorum inlustretur (⌊ ⌋ *exspectes* neque).

**II** *usu deflexo*: **A** *condicioni antea concessae opponit eius negationem: in enunt. secund.* (*abl. absol. l. 37*): BELL. Afr. 8, 4 haec ... ita praecipiebat, ⌊ut, si⌋ (uti *var. l.*) fieri posset -e (neque *var. l.*), locum excusatio nullum haberet. CHAR. gramm. p. 47, 3 *voces quaedam in genetivo augentur* syllaba, licet praecedens *syllaba* pura sit -e. COD. Iust. 8, 17, 11 pr. (*a. 472*) quae *scripturae solent* ... secrete fieri intervenientibus amicis -e. GREG. M. epist. 3, 31 l. 12 *ut faveatur* Constantio, seu fuerit consecratus episcopus -e. *in enunt. primar.*: SIDON. epist. 2, 8, 3 placeat carmen -e: tu propera *venire.* PRISC. gramm. III 102, 9sq. '-e' ... pro 'an non' accipitur, ut 'sit sensus in morte -e: prodest recte vivere'. **B** *sententiae cuidam propositae opponit eius negationem, sc. forma* quod ... -e (*ita ut* quod *coniunctio rem inducens, de qua agitur, tamquam particula interrog. usurpari videatur*): AFRIC. dig. 37, 10, 8, 1 de statu eius quaeritur, q. in potestate patris fuerit -e ('quod *del. vel ins.* quaeritur' *Mommsen*). VLP. dig. 25, 3, 1, 16 cum de hoc agetur, q. ex eo praegnas fuerit -e.

*compos.*: anne (*v. vol. II 1, 11sqq.*; an *ab* atne *derivari voluimus ibid. 1, 1*), nonne; *cf.* denique, donec, en, quandone, sin, superne. *supra tractavimus* necne *v. p. 278, 13,* utrumne *sim. v. p. 276, 75.*

**2.** **nē** *particula.* [*subest casus instrumentalis* *nē < *neə₁ *pronominis* *no-, *cf. gr.* νή, ναί (*locat. sing.*), *lat.* nam (*acc. sing.*), *nec non slavon. vet.* onъ *'is'* < *ə̯o-no-. *hinc ortum est* 1.-ne, *sc. in positione enclitica correptum. cf. Hofmann-Szantyr 461; Walde-Hofmann II 150; de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 403. Mei.*] *scribitur* ne *passim* (*quam scripturam testantur etiam gramm., qui vocem tamquam* ne *prohibitivum tractant, e. g. l. 63sqq.*), ni *in cod. vet. A* PLAVT. Bacch. 503 Mil. 571, *in codd. rec.* PLAVT. Asin. 567. Trin. 433 (ne *A*), nae *non nisi in codd. rec. vel edd. vet. minimae fidei* (*e. g. p. 282, 40*). *de prosodia: de accentu v. l. 68sqq. p. 280, 3* (*sim.* ISID. diff. 1, 392); *de vocali producta v. l. 73; ante vocalem vocis sequentis hiatus saepe accipi potest vel debet (sc.* nĕ *per correptionem), synaloephe invenitur e. g.* PLAVT. Bacch. 1056 Stich. 587 TER. Haut. 556. *de notione* (*v. etiam p. 280, 33. 47. 281, 14. 18sq. 20. 23. 63*): CHAR. gramm. p. 244, 24 (*fere eadem* DIOM. gramm. I 404, 17) *ne* adfirmandi modo (*opp.* prohibendi *et* negandi; *affert p. 281, 25. cf. p. 261, 22*). 291, 24 (*ex Palaem.*) *coniunctiones* repletivae, ἀναπληρωματικοί, saltem, tamen, tandem, ne, adeo. 295, 14sqq. (*ex Palaem.; antea tractatur* 4. ne, *v. p. 283, 61 sqq.; fere eadem* DIOM. gramm. I 394, 20sqq. DOSITH. gramm. 56, 6sq.) recipit quoque id ipsum (*sc.* ne) acuto accentu elatum finitiva *verba,* quotiens *εἰρωνικῶς* accipimus pro eo, quod est apud Graecos ⌊*ναί*⌋ (*πάνυ γε* DOSITH.), rei factae adfirmatio (*affert p. 281, 27*) ...; quotiens vero rei dubiae ... aptatur, recipit et subiunctiva eodem accentu elatum (*affert p. 281, 25*). DON. Ter. Andr. 17, 1 ('faciuntne') ⌊ne quidam corripiunt et cum interrogatione pronuntiant, quidam producunt; quorum alii ne pro †ne (nonne *Rabbow,* non *cod. unus*) accipiunt, id est non⌋, alii ne pro valde, ut *eqs.* (*affert p. 280, 46. 281, 27*; ⌊ ⌋ *pertinet ad* 1. ne *et fort. pars ad* 3. *aut* 4. ne). 17, 3 ne: nimis, multum, plurimum. PRISC. gramm. III 84, 16 dehortativum est ne; hoc etiam accipitur pro 'neque' et pro 'ut non' et pro 'valde' (*affert p. 281, 13*). 479, 22 ne, quando *μή* significat, gravatur, quando vero *τὸ πάνυ,* circumflectitur. *al.* *legitur saepe apud* PLAVT. *et* TER., *singulis locis apud* AFRAN., TITIN., LVCIL., *postea non nisi in orat. soluta, sc. apud* CIC., SALL., PS. SALL., NEP., LIV., SEN. *philos. al.* (*raro post* TERT.). **[***confunditur in codd. c.* nec CIC. Att. 8, 9, 2 HIER. epist. 107, 13, 4 OROS. hist. 4, 1, 15. *al.* (*restit.* TER. Ad. 441 [*pro* neque]. MIN. FEL. 29, 3 [nec *def. Kytzler*]. TERT. adv. Marc. 4, 23, 6 [5]). *loco corrupto* PLAVT. Amph. 384 Amphitruonis socium †ne me esse volui dicere (*vix recte tuetur Lindsay*).**]**

*est vox affirmativa vel asseverativa* **(***adhibetur imprimis, ubi aliquis loquitur vel tamquam locutor scribit, sc. in epist. sim., sed aliter e. g. p. 281, 32. 37; verbum enuntiati omittitur, ita ut aut exclamatio aut ellipsis intellegatur, l. 47. 57. 63sq. p. 281, 29. 50sqq. al.; vocem tractat Fleckeisen, Philologus 2, 1847, 57sqq.***)**: **I** *ponitur ante pron. pers., poss. vel pron., adv. demonstr.* **(***maxime* tu, ego [*cf. vol. V 2, 270, 44sqq.*], ille, *ceterum* hic *p. 281, 9. 10* [eas *vix recte suppl. p. 282, 35*], *adv.* illic *p. 281, 3,* istic *p. 281, 11, pron. poss.* tuus *vel* meus *p. 281, 2. 10. 21; vox* etiam *interponitur p. 281, 2; saepe, imprimis apud* PLAVT., *augetur vis aliis asseverationis verbis* (eu) hercle, mehercle, mecastor, (eu) edepol, *praeterea* o di boni TER. *p. 281, 22,* o SEN. *p. 281, 40sq. 70. 282, 29,* me dius fidius CIC. *p. 282, 11 et* Att. 4, 4ᵃ, 2**)**: **A** *primo loco sententiae* (*antecedit asseveratio, deorum invocatio sim. e. g. l. 28. 68sq., coniunctio e. g. l. 30. 36. 58. p. 281, 2, allocutio* PLAVT. Men. 1020. APVL. *p. 281, 47.* QVEROL. p. 47, 11): **1** *in comminatione, promisso*: PLAVT. Amph. 366 ne tu istic hodie ⌊malo tuo⌋ compositis mendaciis advenisti **(**⌊ ⌋ *cf.* Asin. 412 ne tu hercle cum magno malo mihi obviam occessisti. 896 ain tandem? edepol ne tu istuc cum malo magno tuo dixisti in me. Bacch. 503 ne illa illud hercle cum malo fecit suo. Curc. 194 at ne tu hercle cum cruciatu magno dixisti id tuo**)**. Most. 75 ne tu [erres] hercle praeterhac mihi non facies moram. Trin. 62 ne tu hercle faxo haud nescias, quam rem egeris **(***cf.* TER. Eun. 285 ne tu istas *fores* faxo calcibus saepe insultabi' frustra [DON. *ad l.* 1 valde. SCHOL. p. 58, 18 ne pro nonne vel pro certe, ut sit confirmativa particula]. *v. et l. 74. p. 281, 61***)**. *al.* TER. Haut. 556 ne ego te, si usu' veniat, magnifice, Chreme, tractare possim. 918 at ne (anne *var. l.*) illud haud inultum, si vivo, ferent. Ad. 565 laudas? ne ille continebit posthac, si sapiet, manus (SCHOL. Bemb. nimium).

**2** *in monitione*: PLAVT. Men. 256 ne tu hercle, opinor, nisi domum revorteris, ... gemes. Mil. 571 ne tu hercle, si te di ament, linguam comprimes posthac ... :: bene me mones. TER. Haut. 621 ne ista hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit. 868 ne tu propediem, ut istanc rem video, istius obsaturabere.

**3** *cetera exempla; seq. pron.* (*adv*): **a** *primae personae*: PLAVT. Amph. 325 ne ego homo infelix fui, qui *eqs.* **(***cf. l. 50 et* TER. Ad. 540 ne ego homo sum infelix: fratrem nusquam invenio gentium *eqs.* [DON. *ad l.* 2 valde]**)**. Men. 614 ne ego mecastor mulier misera **(***cf.* 908 eu edepol ne ego homo vivo miser**)**. Most. 562 ne ego sum miser, scelestus *eqs.* 564 ne ego homo sum miser. Vid. 63 ⌊ne ⟨ego⟩ homo miser e⟨t scelestus dudum at⟩que⌋ infelix fui [⌊ ⌋ *Leo,* ne⟨mo⟩ h. m. e⟨st adaeque ut ego sum at⟩que *Studemund*]**)**. *al.* TER. Hec. 274 edepol ne nos sumus inique aeque omnes invisae viris propter paucas. Haut. 816 ne me istuc ex te prius audisse gaudeo, quam argentum haberes, quod daturu' iam fui (SCHOL. p. 123, 15 valde, multum. *cf. p. 281, 20*). 825 ne ego sum homo fortunatu'. AFRAN. com. 306 ne ego illos velitantis ausculto lubens. CIC. Brut. 249. 266 ne ego ... doleo nihil tuam perpetuam auctoritatem de pace valuisse. nat. deor. 2, 1 ne ego ... incautus, qui cum academico ... congredi conatus sim! (*cf.* MACR. Sat. 1 praef. 13 sed ne ego incautus sum, qui *eqs.*). Att. 12, 9 ne ego essem hic libenter ..., ni esset ea causa, quam tibi ... scripsi. 14, 14, 5 ne nos et liberati ab egregiis viris nec liberi sumus. FRONTO p. 105, 20 ne ego ... omnium facundissimus habear, cum tu ... mea scripta ... probas. p. 231, 14 ne ego somni laudem ex summis opibus conscripsissem. AVR. Fronto p. 10, 3 ne ego impudens, qui *eqs.* APVL. Socr. prol. 4 p. 109 (*vulpes ad corvum*) ne ego inscita, quae cum alite Apollinis frustra certaverim. SYMM. epist. 1, 3, 2. 1, 52 quid si adfuisses ...? ne ego digito, ut aiunt, supera convexa tetigissem. 7, 17 ne ego frustra hactenus tacui. CHALC. transl. p. 27ᴮ ne ego magnifice sum invitatus hodie (*gr. aliter*). *al., raro.* *voluntatem, optatum exprimit*: PLAVT. Stich. 587 edepol ne ego nunc mihi medimnum mille esse argenti velim. Trin. 433 edepol ne ego istum velim meum fieri servom cum suo peculio. CIC. Tusc. 1, 99 ne ego haud paulo hunc animum *Socratis* malim, quam *eqs.* Att. 8, 9, 2.

**b** *aliud*: PLAVT. Amph. 182 ne illi *dei* edepol, si merito meo referre studeant gratiam, aliquem hominem allegent, qui mihi advenienti os occillet probe. 510 (*Mercurius ad Iovem*) edepol ne illa *Iuno* si istis rebus te sciat operam dare, ego faxim ted Amphitruonem esse malis quam Iovem.

[Schrickx]

Asin. 560 ne illa *malefacta* edepol pro merito tuo memorari multa possunt. 567 verum edepol ne etiam tua quoque malefacta iterari multa et vero possunt. Aul. 610 edepol ne illic pulchram praedam agat, si quis illam invenerit aulam onustam auri. Bacch. 310 ne ille hercle mihi sit multo tanto carior, si *eqs.* 545 (*ironice*) edepol ne tu illorum mores perquam meditate tenes. Cas. 811 edepol ne tu, si equos esses, esses indomabilis. Men. 734 ne istuc mecastor – iam patrem accersam meum (*cf.* Most. 586 eu hercle ne tu – abi modo, ausculta mihi [*nisi prohibitivum*]). 899 edepol ne hic dies pervorsus atque advorsus mi optigit. Persa 427 tace, obsecro hercle; ne tua vox valide valet. 712 ne hic tibi dies inluxit lucrificabilis. Rud. 821 heu hercle ne istic fana mutantur cito: iam hoc Herculi est, Veneris fanum quod fuit. 1040 ne iste haud scit, quam condicionem tetulerit **(***cf.* Ter. Andr. 772 ne illa illum haud novit, quoiu' causa haec incipit [Don. *ad l.* 1 valde. Schol. p. 90, 29 valde]. Haut. 222 ne ille haud scit, quam mihi nunc surdo narret fabulam. 747 ne ille haud scit *eqs.* [Schol. p. 122, 27 ne haut pro nequaquam, vel valde nescit]**)**. *al.* Ter. Andr. 324 sponsam hic tuam amat. :: ne iste haud mecum sentit **(***explic.* Don. *ad l.* 2 valde, ut Cicero [*affert l. 27*]. 6 valde aut, ut quidam volunt, o quam [*affert l. 24; cf.* Gloss. ne: o quam]. Schol. p. 83, 28 pro valde**)**. 939 ne istam multimodis tuam *filiam* inveniri gaudeo (Don. *ad l.* 1 nimis. *cf. p. 280, 52*). Hec. 799 edepol ne meam erus esse operam deputat parvi preti, qui *eqs.* Ad. 441 o di boni, ne[que] illius modi iam magna nobis civium paenuriast (Don. *ad l.* 1 valde). Titin. com. 79. Lvcil. 388 ⌊ne ⟨illum ego⟩ in arce bovem descripsi⌋ magnifice, inquit (⌊ ⌋ *Marx,* ne ⟨tu⟩ in a. b. descripsti *Housman*). Cic. S. Rosc. 50 ne tu, Eruci, accusator esses ridiculus, si illis temporibus natus esses, cum *eqs.* (*locum affert* Char. *p. 279, 70*). Catil. 2, 6 ne illi vehementer errant, si illam meam pristinam lenitatem perpetuam sperant futuram (*locum affert* Don. *l. 18. al.*). Phil. 2, 76. fin. 3, 40 ne tu ..., Cato, verbis illustribus! 4, 1. Tusc. 3, 8 ne ista gloriosa sapientia non magno aestimanda est, siquidem non multum differt ab insania. off. 2, 75 'utinam', inquit C. Pontius Samnis, '... tum essem natus, quando Romani dona accipere coepissent ...'; ne illi multa saecula expectanda fuerunt: modo enim hoc malum in hanc rem publicam invasit. *al.* Sall. Iug. 14, 21 (*verba Adherbalis*) ne ille *Iugurtha* ... fratris mei necis ... gravis poenas reddat. 85, 20 (*verba Marii*) ne illi falsi sunt, qui divorsissumas res pariter expectant. Nep. frg. 56 Marsh. ne tu ... nimium nugator es, cum *eqs.* Liv. 9, 19, 10 ne ille *Alexander* saepe, etiamsi *contra Romanos* prima prospere evenissent, ... imbellem Asiam quaesisset. 26, 6, 15 ⌊ne tu⌋ (notu, noctu *codd.*) perditas res Campanorum narras, ubi summus honos ad filium meum perveniet. 28, 42, 2. Sen. clem. 1, 19, 8 o ne ille, cui contingit, ⟨ut⟩ sibi quoque vivere debeat (*alii aliter*). benef. 5, 4, 4 o ne ille *Diogenes* tunc merito ... supra eum *Alexandrum* eminere visus est. dial. 12, 9, 3 ne [et] tu pusilli animi es ..., si *eqs.* Plin. epist. 7, 12, 6 ne tu, cum hoc legeris, non partes libelli, sed totum libellum improbabis. Apvl. apol. 35, 7 ne tu, Claudi Maxime, nimis patiens vir es ..., qui *eqs.* met. 1, 3, 1 'ne' inquit 'istud mendacium tam verum est, quam siqui velit dicere magico susurramine amnes agiles reverti'. 1, 6, 4 Aristomene ..., ne tu fortunarum lubricas ambages ... ignoras (*cf.* Paneg. 12, 3, 1 ne tu, imperator, nimio nostri amore nescisti ad securitatem nobis vere providere. Mart. Cap. 1, 2 ne tu ... desipis. 8, 806). Tert. paenit. 10, 2 (*ironice*) ne tu verecundia bonus, ad delinquendum expandens frontem, ad deprecandum vero subducens. Avson. 17 praef. (326 S.) ne tu Alexandri Macedonis pervicaciam supergressus. Hist. Avg. trig. tyr. 30, 5 ne illi, qui me reprehendunt, satis laudarent, si scirent *eqs.* Aurelian. 8, 2. *al., raro.*

**B** *alio loco*: **1** *antecedit enunt. secund.* (*coni. concess. p. 282, 12 sqq.; enunt. secund. saepe pertinet ad definitionem eius, qui per pron. indicatur, e. g. l. 63. p. 282, 7 sqq.*): **a** *condic.* (*cf. p. 282, 12 sqq.*; *ne enuntiato condic. inseritur p. 280, 74*): Plavt. Asin. 533 nunc adeo nisi ... adfert viginti minas, ne ille ecastor hinc trudetur ... foras. Bacch. 1002 non *pretium* dabis, si sapies; verum si das maxume, ne ille alium gerulum quaerat, si sapiet, sibi. Persa 73 si id *lege* fiat, ne isti faxim nusquam appareant, qui ... aliena oppugnant bona. Ter. Haut. 217 mihi si umquam filius erit, ne ille facili me utetur patre (Schol. Bemb. valde). Cic. Mil. 68 si ... urbs ab armis sine Milonis clade numquam esset conquietura, ne iste haud dubitans cessisset patria. Phil. 13, 6 si annuerit *opinioni pravae,* ne ego sapientiam istam, quamvis sit erudita, non audiam. fin. 3, 11 si ... sapiens aliquis miser esse possit, ne ego istam gloriosam ... virtutem non magno aestimandam putem. Att. 7, 4, 3 si *Caesar* ruere coeperit, ne ego multa timeo, quae non audeo scribere. *al.* Ps. Sall. rep. 1, 6, 1. Sen. epist. 30, 12 si cui contigit, ut illum senectus leviter remitteret ..., o ne ille (illum *var. l.*) agere gratias diis omnibus debet. Plin. paneg. 16, 5. Hier. epist. 107, 13, 4 si tibi contingeret videre socrum et cognatam tuam *pudicam* ..., ne (nec *var. l.*) tu parvi penderes aliorum desideria liberorum, et te ipsa magis offerres deo. Avg. c. acad. 2, 2, 6 si ipsi adversario tuo ... eam *philosophiam* demonstrare potuissem, ne (nonne *var. l.*) ille ... Baias ... relinquens ad huius pulchritudinem ... advolaret. epist. 2 si ... tam potenti animo es, ut et agnoscere hunc laqueum et eo captos irridere valeas, ne tu magnus atque alius. Ivlian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 6, 26, 3 si ... inspiciamus et ipsius verba sententiae, ne illa vestras nebulas ... fulgore dissolvet (ne *om. cod. optimus et ed. Zelzer*). **b** *aliud*: Plavt. Bacch. 1056 edepol qui me esse dicat cruciatu malo dignum, ne ego cum illo pignus haud ausim dare. Persa 8 qui ero suo servire volt ..., ne illum edepol ... oportet *eqs.* Pseud. 769 cui servitutem di danunt lenoniam puero, atque eidem si addunt turpitudinem, ne illi ... malam rem ... danunt. Cic. Tusc. 1, 74 cum ... causam iustam deus ipse dederit ..., ne ille me dius fidius vir sapiens laetus ex his tenebris in lucem illam excesserit. Cato 33 moderatio modo virium adsit et tantum, quantum potest, quisque nitatur, ne ille non magno desiderio tenebitur virium **(***item coni. concessivus*: de orat. 3, 125 sit modo is ... institutus liberaliter educatione doctrinaque puerili ..., ne ille haud sane, quem ad modum verba struat et inluminet, a magistris istis requiret. Plin. paneg. 27, 2 *princeps* largiatur et auferat, alat et occidat: ne ille iam brevi tempore effecerit, ut omnes ... sui parentumque poeniteat**)**. Ps. Sall. rep. 2, 11, 7 ubi numero senatorum aucto per tabellam sententiae dicentur, ne illi superbiam suam dimittent, ubi iis oboediundum erit, quibus antea crudelissume imperitabant. Liv. 5, 9, 5 quod ad vos attinet, tribuni plebis, minasque vestras, ne ego libenter experirer quam non plus in iis iuris quam in vobis animi esset. Sen. dial. 7, 20, 5 qui haec facere proponet ..., ne ille, etiam si non tenuerit, 'magnis tamen excidit ausis' (*Ov. met. 2, 328*). Avell. 46, 3 quod quisquis potest ... concipere, ne ille illi se poenae subiecit, quae *eqs.* (*ad p. 314, 56 sqq. pertinere vult ed.*).

**2** *cetera exempla*: Cic. fam. 7, 23, 3 ista quidem summa ne ego multo libentius emerim deversorium Tarracinae, ne semper hospiti molestus sim. Sen. benef. 7, 27, 2 in hac aviditate generis humani o ne tu nimis fortunae communis oblitus es, qui quaeris inter rapientes referentem (*cf. p. 281, 47 sqq.*).

?**II** *sine pron. vel adv. demonstr.* (*huc pertinere* Pap. Tjäder 34, 43 *putat ed. ad l., sed v. vol. X 1, 581, 70*): Liv. 34, 4, 16 ne *feminas* simul pudere, quod non oportet, coeperit, quod oportet non pudebit (nam *Haase,* nae ⟨eas⟩ *Lentz*). Sen. benef. 1, 15, 2 si quis existimat nos ... benignitatis fines introrsus referre ..., ne perperam monitiones nostras exaudit (ne ⟨ille⟩ *Gertz*). Tert. adv. Marc. 5, 11, 10 contentus victoriae ne ultro possum et in totum contentionem hanc praeterisse simpliciori responso (*lacunam post* ultro *indicat Kroymann, sententia aliter distincta, fort. recte*). Hier. hom. Orig. in Ier. 8 p. 645^D de his quippe nae prophetat dicens: '...' **(**[*Ier. 12, 2*]. vae *Migne gr. 13, 363^B, fort.* haec; *gr. p. 75, 21 sq.* τοῦτο ... ἐστι τὸ περὶ τῶν ἀσεβῶν προφητευόμενον**)**. Rvstic. c. aceph. p. 1185^C sicut ... deus perfectus et homo perfectus ... una sola persona est, ne (*scribasne* hae?) duae perfectae naturae sunt ... unus filius.

*deriv.*: 1. -ne.

**3. ne** *particula.* [*cf. vet. ind.* na, *vet. slavon.* ne; *v. Walde-Hofmann II 150 sq.; de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 403. Mei.*]

*fere i. q.* *non* (*nonnisi apud gramm. sim. in veriloquiis; loci etiam ad* 4. nē *pertinere possunt [cf. imprimis p. 312, 50 sqq.], quandoquidem antiqui voces non distinxisse vid.*): Varro ling. 9, 54 quod, *sc. vocabulum 'nihili',* est ex 'ne' et 'hili' (*postea*: non hili). Fest. p. 162 'nemo' compositum videtur ex 'ne' et 'homo' **(***sim.* Char. gramm. p. 123, 16. 401, 12. Don. Ter. Eun. 549, 3 quamvis 'nemo' ⟨'ne homo'⟩ intellegatur *eqs.* [*add. Wessner, ut*: Ad. 259, 3 'neminem' '⟨ne⟩ hominem' *significat*]. Serv. Aen. 9, 6 [nec *var. l.*]. Isid. orig. 10, 184**)**. Scavr. gramm. VII 12, 2 *verbum 'nescio'* est ... 'ne (non *var. l.*) scio'; nam 'ne' pro 'non' positum est apud antiquos ([*affert etiam* nefrendes, nesapus]. *sim.* 28, 15). Gell. 13, 23, 19 quod in commentario quodam Servii Claudii scriptum invenimus (*cf. Clod. frg. 4 Funaioli*), 'Nerio' dictum quasi 'Neirio', hoc est sine ira ...; 'ne' enim particula, ut apud Graecos, ita plerumque in latina quoque lingua privativa est (*cf. l. 65*). Don. Ter. Eun. 328 veteres ... 'ne' pro 'non' *ponebant,* ut Plautus ... (*e. g. Epid. 586*) 'nevult' pro 'non vult' **(**[*cf. p. 312, 55*]. *sim.* 508, 1. Cassiod. gramm. VII 150, 3 [*ex Cornuto*] 'nolo' ... 'ne [nec *var. l.*] volo' est, 'nolle' 'ne velle'**)**. Lyd. mag. 1, 42 *τὸν σκορπίον οἱ Ῥωμαῖοι πατρίως νέπαν καλοῦσιν, οἷον εἰ ἄποδα κατὰ στέρησιν – τὴν γὰρ νε συλλαβὴν στερητικῷ τρόπῳ λαμβάνουσι Ῥωμαῖοι* (*postea narrat scorpionem pedes suos comedere*). Isid. orig. 10, 184 'nullus' ... quasi 'ne ullus'. 10, 187 'neuter', neque ille neque iste; quasi diceret 'ne uterque' (nec *var. l.*).

*compos.*: *c. stirpe verbali*: necesse, nefandus, nescio, nolo. *al., cf.* neglego, nego, nequeo; *c. adi. vel subst.*: nefas, nefastus, nepus, *cf.* negotium, nemo, nihilum, nimis, ningulus; *c. pron.*: neuter, noenum (non), nullus; *c. particula*: neque, neutiquam, numquam, nusquam; *cf.* nisi, quin.

*Schrickx.*

**4.** ⊠**nē** *particula et coniunctio.* [*vox e particula negationis* ne *sub accentu producta, nisi forte c. particula et coniunctione prohibitiva* *mē <

*meə̯1 (*cf. gr.* μή, *ind. vet.* mā) *contaminata est. cf. Walde-Hofmann II 150sq.; de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 403. Mei.*] *de scriptura (hic et infra attulimus etiam formam* n(e)i, *quae re vera vox sui iuris est; sed neque usus discrepare videtur nec codd. tantae fidei sunt, ut lectio auctorum certa sit): scribitur* ne *in titulis* CIL $I^2$ 4, 3 (*ca. a. 500 a. Chr.*). Lex luci Lucer. (CIL $I^2$ 401) 2. *et passim, in codd. vet. fere passim, e. g.* Plavt. Cas. 38 Ter. Eun. 16; nei *in titulis* Inscr. Zeitschr. Pap. Epigr. 121, 1998, 258 (*saec. VI/V a. Chr.*). S. C. de Bacch. (CIL $I^2$ 581) 3. *et saepe*; ni *in titulis* Sent. Minuc. (CIL $I^2$ 584) 30. Lex par. fac. Puteol. (CIL $I^2$ 698) 2, 2. *et saepe, in codd. vet.* Ter. Phorm. 31 (*ante corr.*). Ad. 282. Verg. Aen. 3, 686 (*FMR,* nec *vel* ne *var. ll.*; ni *testantur* Serv. *ad l. et* Don. Ter. Eun. 508, 1 Prisc. gramm. III 61, 17sqq.). 12, 801 (*P,* ne *vel* nec *cett.*). Lex Mamil. (grom. p. 263, 15; ne *var. l.*), *usum veterum attestantur l. 11 et* Don. Ter. Eun. 328. *longe praevalet* ne, *sed in titulis* nei *fere inter a. 160 et 60 a. Chr., quam formam tamen post a. 40 a. Chr. non invenimus; semper raro invenitur* ni, *sed hic illic etiam aet. imp. et posteriore, e. g.* CIL $II^2$ 5, 1227 (*aet. Severorum*). IX 5868 (*saec. II/III?*). 2437, 8 (*a. 553*). X 1193 (*a. 558*); *adhibent et* ne *et* nei S. C. de Bacch., Lex repetund., Bant. *al., et* nei *et* ni Tab. devot. (CIL $I^2$ 2520), *et* ne *et* nei *et* ni Sent. Minuc., Lex Iul. munic. nae Liv. 44, 22, 14 (*V*). *c. apice sim.*: né Lex col. inc. (CIL I 1409; *aet. Aug.*) 1, 4. CE 1032, 1 (*saec. $I^1$?*). 1192, 10 (*saec. II*). CIL VI 5075; ni *per* i *longam* (*in* CE *imprimitur* í) CIL VI 5886, 4 (*saec. $I^1$*). CE 987, 6 (*saec. I med.*). 2068, 7 (*saec. I med.*). *al.* *litt. graecis*: Tab. devot. Audollent 270, 16 (*Hadrumeti; saec. II ex.*) νε. Gloss. biling. I 15, 25 (*saec. V/VI*) νη. *scribitur* n *per synaloephen* CIL $I^2$ 500 (*in lucerna*) n(e) atica(s) me. Inscr. Epigraphica 75, 2013, 500 (*in strigile; saec. II ex./$I^1$ a. Chr.*) n(e) attiga(s) me. Not. Tir. 1, 19 ne. 3, 49 nequis. 76, 80 ne idcirco.

*de genere (cf. p. 284, 10): adverbium* (*v. etiam l. 60. 73; exempla usus ubi adduntur, fere pertinent ad p. 285, 22sqq.*): Qvint. inst. 1, 5, 50 et 'ne' ac 'non' adverbia: qui tamen dicat pro illo 'ne feceris' 'non feceris', in idem incidat vitium, quia alterum negandi est, alterum vetandi (*cf. l. 37*). Sacerd. gramm. VI 442, 24 *significatio adverbiorum est* prohibendi, ut ne (Dosith. gramm. 40, 18 μή ne. *al.; cf.* Victorin. gramm. VI 201, 30 prohibitionis. Prob. inst. gramm. IV 154, 14 prohibentis. Char. gramm. p. 233, 14 [*ex Cominiano*] prohibitionem). Prob. inst. gramm. IV 145, 18 si ... ne praeponatur, erit adverbium, ut ... 'ne credite' (*sim. l. 40*). Char. gramm. p. 244, 24 *sunt adverbia* prohibendi, ut ne, ⟨ne⟩ feceris, negandi modo: ne id facias (*seq. p. 279, 63; inde* Diom. gramm. I 404, 17). Vlt. Syll. gramm. IV 251, 10 *v. p. 284, 3.* Cledon. gramm. V 69, 30 *v. l. 70.* Prisc. gramm. III 31, 6 *praepositivum est* ne adverbium dehortandi (*sim.* 60, 15 ne, cum est dehortativum, indicativo non adiungitur, sed vel imperativo ... [*affert p. 286, 59*] vel optativo ... [*affert p. 311, 69*] aut subiunctivo [*affert p. 302, 7, ut* 84, 16 etiam accipitur ... pro 'ut non']). 96, 13 hoc ..., id est ne, quando μή ... significat, adverbium est (479, 22 *l. 69; adde l. 33*). *coniunctio* (*v. etiam l. 74; exempla usus ubi adduntur, fere pertinent ad p. 300, 21sqq.*): Victorin. gramm. VI 203, 10 quae *sunt coniunctiones* causales? si ... sive ne et cetera (Don. gramm. mai. 2, 15 p. 647, 5. Char. gramm. p. 290, 8 [*ex Cominiano*]. Agroec. *p. 284, 2.* Prisc. gramm. III 96, 1 ne ..., ⌞quando ἵνα μή significat⌟, coniunctio est c., ut ... [Verg. Aen. 2, 187] 'ne recipi ... possit' [⌞ ⌟ *item* 266, 3; *cf. l. 66sqq.*]). Char. gramm. p. 292, 3 (*ex Palaem.*) *coniunctiones* optativae, utinam ut ne velim (*item* Diom. gramm. I 416, 20. *sim.* Dosith. gramm. 51, 9 *coniunctiones* optativae speciei, ἵνα μή utinam ne, εἴθε utinam). Prisc. gramm. III 99, 28 (*12* adversativae sunt *eqs.*) ne ... in eadem invenitur significatione (*affert p. 307, 21*). *particula*: Serv. Aen. 2, 606 'ne' particula imperativo iungitur modo. *formam reduplicatam* nene *agnoscit Ribbeck, Beiträge zur Lehre von den lat. Partikeln, 1869, 45 e var. l.* Vitr. 5, 3, 2 (*cf. p. 284, 16*).

*de prosodia (cf. l. 20sqq.): accentum tribuunt*: Prob. inst. gramm. IV 145, 23 si ... ne acutum accentum habeat, erit adverbium, ut puta 'ne credite ...' ([Verg. Aen. 2, 48]. Char. gramm. p. 295, 5sqq. [*ex Palaem.*] *recipit* ne a. accentu imperativa, velut 'ne fac' ...; non numquam ..., etiamsi a. accentu efferatur, [12] optativa ... recipit, velut ... 'ne scribas'; sed interest inter hoc et illud ... 'ne fac', quod hoc imperamus, superius suademus [*inde* Diom. gramm. I 394, 12sqq. Dosith. gramm. 56, 4sq.]. Isid. *l. 72*). Char. gramm. p. 295, 5sqq. (*ex Palaem.*) quotiens ... gravi accentu pro eo, quod est ... ἵνα μή, accipitur, optativa recipit, ut ... 'ne facias ...' ([Hor. sat. 1, 1, 94]. *inde* Diom. gramm. I 394, 12sqq. Dosith. gramm. 56, 4. *cf.* Prisc. gramm. III 479, 22 *adverbium* ne, quando μή significat, gravatur). Cledon. gramm. V 69, 30 ne circumflexum adverbium est; ⌞ne acuto quando dicimus, coniunctio est⌟ (*cf.* 74, 25 ne iuncta coniunctio est, separata adverbium). Isid. diff. 1, 392 inter ne et ⌞ne; ne⌟ (nae; nae *Arevalo*), si praeponitur, adverbium est et acuto accentu pronuntiatur; ne vero si subiungatur, coniunctio est, et presso accentu. nē *testantur*: Vlt. Syll. gramm. IV 248, 2 adverbium prohibendi ne constat longa ([*affert p. 285, 48*]. Agroec. gramm. VII 121, 9 ne l. adverbium prohibendi. 121, 11 item ne l. coniunctio causalis). 251, 10 ne coniunctio (*i.* -ne) eo adverbio discrepat, quod haec corripiatur et adverbium producatur ([*affert p. 292, 74*]. Don. *p. 279, 73. 312, 59*).

*de notione* (*v. etiam p. 283, 28sqq. 59sqq. 312, 54sqq. 59. 316, 72 sqq. al.*): Gloss. ne: μή. μή, οὐ, ⌞ἵνα⌟ (*addatur* μή, *cf. e. g. p. 283, 67 et* Gloss. ne: ἵνα μή. ne iam: ἵνα μηκέτι). μήπως. οὐ ἀντὶ τοῦ μή. non (ne qua: non [*v.* Serv. auct. Aen. 3, 453 *p. 317, 3*]. ne tam: non adeo [*Goetz in indice refert ad Ter. Ad. 278* ne tam quidem]). interdum adverbium prohibentis (*cf. l. 2sqq. p. 283, 32*), interdum ⌞interiectio⌟ est (⌞ ⌟ *fort. pertinet ad* 2. ne, *nisi conferas p. 320, 59sqq.*). noli (ne credite: nolite credere. *al.*). nonne (*obscurum*). ne procul: ⟨h⟩aut longe. ne ullus: nullus. Gloss. II 370, 40 μὴ ἄρα: ne forte. 370, 51 μὴ κατὰ τύχην: ne forte. 371, 7sq. μὴ οὐχί: nempe, ne non. μήποτε: ne quando, ne forte, ne unquam. Gloss.$^L$ I Ansil. ne 1 ne: negative [pro] pronuntiandum [vel], ut intelligamus (*cf. p. 283, 37*). 286 ⌞nene⌟: ne forte (⌞ ⌟ neve *coni. edd.*). *al.* *legitur passim inde a* Legibvs reg., XII tab. *titulisque antiquissimis p. 285, 41. 287, 23 (cf. et l. 28. p. 317, 14) per totam latinitatem.* [*confunditur in codd. maxime cum* nec (*vel* neque) Plavt. Capt. 957 Pseud. 186 Ter. Phorm. 742 Cato agr. 1, 2. *al.* (*falsa var. l.* Enn. ann. 218 Ter. Andr. 392 Cic. off. 1, 29 Lvcr. 2, 840. *al.; restit.* Cic. Att. 15, 17, 1 Catvll. 62, 59 Liv. 43, 1, 11 Vitr. 10, 3, 7. *al.*; neque *pro* ne *restituendum vid.* Cael. Avr. gyn. 2, 8 Tab. devot. [Année Épigr. 1941 n. 138] 4), non Plavt. Amph. 305 Mil. 149 Lvcr. 4, 721. *al.* (*falsa var. l.* Ter. Andr. 787 Cic. Cato 34 Prop. 2, 19, 32 Pavl. Fest. p. 29), me Plavt. Mil. 199 Cic. Tusc. 1, 26 Att. 16, 3, 1. *al.* (*restit.* Pacvv. trag. 116 Ov. epist. 21, 55; *falso trad.* Pacvv. trag. 150); *in falsa var. l. pro* ni, *sc. notione condicionali* (*cetera cf. p. 283, 2sqq.; quo pertineat* nei CIL $I^2$ 4, 1 [*ca. a. 500 a. Chr.*], *non liquet*) Ter. Phorm. 547 Catvll. 6, 2. *al.* (*vix recte restit.* Phaedr. 4, 5, 10). *locos corruptos et fragmenta, ubi contextus vix intellegitur, et hic et infra fere neglеximus.*]

*fere i. q.* μή (*quod gr. resp., nisi alia adnotavimus*).
*materiam sic digerendam esse censuimus*:

**Capvt primvm:** *fere praevalente notione prohibitiva vel negativa*:

**I** *solum et per se adhibetur in enunt. primario*:
- **A** *accedit imperativus*: **1** *praes.: p. 285, 28* (*respiciuntur actiones quaelibet p. 285, 39, affectus sim. p. 286, 17, actiones loquendi, scribendi sim. p. 286, 72*). **2** *fut. (q. d.): p. 287, 14* (*pers. tertiae p. 287, 14, secundae p. 288, 63*).
- **B** *accedit coniunctivus*:
  - **1** *usu communi; accedunt verba pers.*: **a** *secundae: p. 289, 11* (*formae praes. p. 289, 13, praeteriti p. 290, 6*). **b** *tertiae: p. 291, 7* (*in sermone iuris sim. p. 292, 16, rei rusticae sim. p. 292, 65*). **c** *primae: p. 293, 6.*
  - **2** *usu speciali, adhibita parataxi pro hypotaxi, inducit*: **a** *concessionem: p. 293, 32.* **b** *restrictionem: p. 293, 43.* **c** *condicionem: p. 294, 12.*
- **C** *accedit infinitivus: p. 294, 15.*
- **D** *accedit indicativus: p. 294, 18.*

**II** *solum et per se inducit enunt. secundarium*:
- **A** *quo definitur, explicatur, quod in enunt. primario generaliter indicatur sim.*: **1** *usu communi: p. 294, 61* (*pendet e verbis sim. p. 294, 61, e subst., adi., adv. sim. p. 298, 25*). **2** *pron. vel subst., quod exspectes in enunt. secund., fit pars structurae enunt. primarii: p. 299, 37.*
- **B** *quo adduntur variae condiciones*:
  - **1** *consilium vel finis*: **a** *usu communi: p. 300, 24.* **b** *usu deflexo: p. 302, 1* (*inducit finem loquendi, scribendi p. 302, 1; inducit potius metum quam finem p. 303, 58; inducit finem ab auctore suppositum, agenti alienum p. 304, 46*).
  - **2** *modus, restrictio vel effectus actionis: p. 305, 58.*
  - **3** *vergit in notionem auctam, ut sit fere i. q. nedum: p. 306, 74.*

**III** *accedit ad coniunctiones vocesve similes, quibus inducuntur*: **A** *enunt. secund.: p. 307, 38* (ut ne *p. 307, 38,* dum ne *p. 309, 68, aliae iuncturae p. 310, 67*). **B** *optatum: p. 311, 62* (utinam ne *p. 311, 62,* quod uti ne *p. 311, 73*).

**IV** *pertinet solummodo ad partem enuntiati*: **A** *usu communi: p. 312, 3.* **B** *per se vel in iunctura fere i. q. ne quidem: p. 312, 61.*

**Capvt secvndvm:** *sublucente vel praevalente vi interrogativa*:

**I** *in interrog. obliqua*: **A** *usu communi: p. 313, 61.* **B** *pron. vel subst., quod exspectes in enunt. secund., fit pars structurae enunt. primarii: p. 314, 39.*

**II** *in interrog. recta, sc. respectu interrogandi*: **A** *vigente: p. 314, 53.* **B** *evanescente, ut vergant iuncturae* ne forte *et* ne quando *in notionem q. e. fortasse sim.: p. 315, 12.*

[*Breimeier*]

CAPVT TERTIVM: *appendix grammatica et stilistica*:
**I** *de loco, quem* ne *occupat, sc. in enuntiato p. 315, 28, in versu p. 315, 35.*
**II** *de modo, quo enunt. eorumve partes iunguntur*: **A** ne *inducit vim negativam post aliud enunt.: p. 315, 37.* **B** *post enunt. per* ne *inductum negatio pergit p. 315, 55, tollitur p. 316, 14.* **C** *partes enunt. per* ne *inducti iunguntur: p. 316, 47.*
**III** *iuncturae notabiliores*:
**A** *accedunt pron. vel adv. quaedam indef.*: **1** qui(s)*: p. 316, 63.* **2** *pron. varia: p. 317, 37.* **3** *adv.: p. 317, 65.*
**B** *negativae*: **1** *usu sollemni: p. 318, 9.* **2** *negatio abundat: p. 318, 56.*
**C** *quaelibet: p. 318, 67.*
**IV** *illustratur usus temporum; quod* ne *coniunctione inducitur*: **A** *evenit simul cum actione enunt. regentis vel post eam: p. 318, 71* (ne *c. coni. praes. p. 318, 73, imperf. p. 319, 38, perf. p. 319, 74, plusquamperf. p. 320, 11*). **B** *prius evenit quam actio enunt. regentis: p. 320, 18* (ne *c. coni. perf. p. 320, 19, plusquamperf. p. 320, 43*).
**V** *geminatio: p. 320, 59.*
*iunctura* **nē (...) quidem:** *p. 320, 71.*

**CAPVT PRIMVM:** *fere praevalente notione prohibitiva vel negativa*: **I** *solum et per se adhibetur in enunt. primario, sc. in iusso, optato sim.* (*cf.* CHAR. gramm. p. 341, 8 sqq. imperativa ... praecedente ne syllaba quadrifariam exprimuntur, velut ‘ne nega’, ‘ne neges’, ‘ne negaveris’, ‘noli negare’. *verbum subauditur e. g. l. 75. p. 287, 12. 293, 17, sed saepe incertum est, quo exemplum pertineat, e. g.* TER. Haut. 555 si quid, ne quid. AVG. mag. 8, 24, 2 visne ... dicam, quod sequitur? :: ne, quaeso): **A** *accedit imperat.*: **1** *praes.* *usum frequentant scaenici aliique poetae; raro in orat. soluta, e. g. l. 41. 73. p. 286, 26 sqq. 36. 69.* *saepe apud auctores priscos enunt. constat voce* ne *et imperat. tantum, sed hic illic pluribus (fere paucis) vocibus e. g. l. 44 sqq. p. 286, 2. 43. 47 sq. inter* ne *et verbum saepissime intercedit vox nulla, sed una e. g. l. 43. p. 286, 3. 12. 74, plures e. g. l. 71. p. 286, 26. 39. 287, 9*; ne *post verbum ponitur p. 286, 11 et* VERG. Aen. 10, 372 fidite ne pedibus. *apud auctores priscos fere prohibetur actio iam incepta (eiusve repetitio), rarius actio proposita prohibetur, e. g. l. 44; prohibetur actio nondum proposita l. 41 et saepius inde ab aet. Aug., e. g. l. 58. 60. 66.* *c. voce restrictiva* modo *l. 45. 54. p. 286, 52,* solum *l. 71,* tantum *p. 286, 62. 287, 5. 12 et* SIL. 5, 87.

**a** *respiciuntur actiones quaelibet*: **α** *exempla varia* (*selecta inde ab* OV.): INSCR. Zeitschr. Pap. Epigr. 121, 1998, 258 (*in vasculo; saec. VI/V a. Chr.*) nei ⌊pari⌋ med (⌊ ⌋ *i. in possessionem tuam redige; cf. p. 287, 22*). PLAVT. Bacch. 833 forem hanc pauxillum aperi; placide, ne crepa. Mil. 215 vigila, ne somno stude[t], nisi ... agitare mavis varius virgis vigilias. Persa 227 ne me attrecta. Pseud. 734 ego dabo *argentum,* ne quaere aliunde (MANIL. 1, 458 tu modo corporeis similis ne q. figuras *in signis astrorum.* 4, 931 materiae ... modum. LVCAN. 6, 812 fatum. *al.*). Truc. 366 ne abi. TER. Haut. 89. 975. CATVLL. 62, 59 et tu ne[c] pugna cum tali coniuge, virgo. VERG. Aen. 7, 96 ne pete conubiis natam sociare Latinis ... neu *eqs.* (OV. met. 7, 507 ne petite auxilium. STAT. Ach. 1, 80 frustra ... mergere classem. CLAVD. rapt. Pros. 1, 63 CYPR. GALL. gen. 902). 7, 202 ne fugite hospitium neve *eqs.* (OV. met. 1, 597 ne fuge me. 12, 309 ne fuge. trist. 5, 6, 8). 10, 11 adveniet iustum pugnae – ne arcessite – tempus. 10, 600 morere et fratrem ne desere frater (10, 649 thalamos ... pactos. PROP. 2, 15, 49 tu modo, dum lucet, fructum ne d. vitae. 2, 16, 7 oblatas ... messis. CALP. ecl. 4, 146 coeptam ... pacem. *al.*). 11, 278 ne vero, ne me ad talis impellite pugnas. 12, 938 ulterius ne tende odiis. *al.* TIB. 1, 1, 67 tu manes ne laede meos (OV. ars 3, 51 cultas ne l. [dede *var. l.*] puellas. CE 1021, 3 [*saec. I*] sedem ne l., viator). 1, 9, 17 auro ne pollue formam. OV. epist. 21, 55 dic ... solitoque tibi ne (me *fere trad.*) decipe more: quid *eqs.* ars 2, 543 scribet *puella rivali*: ne tange tabellas (rem. 757 teneros ne t. poetas). met. 3, 116 ne cape *arma* ... nec te civilibus insere bellis. 13, 447 immemores ... mei disceditis ...? ne facite (15, 140 quod, oro, ne f. et *eqs.*). fast. 4, 931 tu ne viola Cererem (SEN. Thy. 93 moneo, ne sacra manus violate caede. MART. 14, 97, 1). 6, 233 tu ... ne propera; melius *eqs.* (SEN. Med. 1016 perfruere lento scelere, ne p., dolor. *al.*). MANIL. 4, 481 si te fata sinant, quartam ne selige partem Centauri. SEN. Phoen. 555 ne, precor, ferro erue patriam ... neve *eqs.* LVCAN. 5, 588 ne flecte manum, fuge ... litora. 7, 590 ne rue per medios ... hostis nec ... admoveris *eqs.* SIL. 9, 32 ne (*edd. Venetae,* me *trad.*) morem et pugnae signum exspectate petendae. 17, 445 nostram ne prodite gentem. STAT. Ach. 1, 392 sq. insula, ne solum Danaas admitte carinas, ⌊ne, precor⌋! (deprecor *var. l.*). MART. 5, 10, 11 vos ..., o nostri, ne festinate, libelli. *al.* VET. LAT. lev. 19, 4 (Tert. scorp. 2, 12) ne (non *var. l.*) sequimini ... idola (*gr.* οὐκ ἐπακολουθήσετε). ANTH. 469, 3 ne succumbe malis: te noverit ultimus Hister. *al.* *verbo subaudiendo*: STAT. Theb. 5, 669 ne, quaeso (*sc. pugnate sim.*)! absistite ferro ... neve indulgete furori *eqs.* **β** *c. verbis vel locut., quae indicant actionem quandam finiri, supprimi, impediri sim.*: PLAVT. Asin. 665 ne nos diiunge amantis. Poen. 1229 ite in ius, ne moramini. TER. Haut. 85 ne retice (ACC. trag. 95). CATVLL. 61, 200 perge, ne remorare. VERG. georg. 1, 501 hunc saltem everso iuvenem succurrere saeclo ne prohibete. Aen. 3, 160 fugae ne linque laborem. 8, 39 hic tibi certa domus, certi, ne absiste, penates, neu *eqs.* 11, 401 omnia ... ne cessa turbare metu (LVCAN. 5, 536 ne c. praebere deo tua fata *eqs.* SIL. 6, 538 PS. CATO dist. 4, 27. *al.*). HOR. carm. 1, 28, 23 tu ... ne parce ... harenae ... capiti inhumato particulam dare (*sine inf.*: OV. ars 2, 413 lateri ne p. tuo. SEN. Thy. 914 ne p. potu. COLVM. 10, 58 ne parcite. LVCAN. 6, 773. 7, 328 parcite ne castris. *al.*). GRATT. 125 ne tela relinquite divae *Dianae.* SEN. apocol. 4, 1 vers. 20 ne demite, Parcae ..., vincat mortalis tempora vitae ille. dial. 2, 19, 4 ne repugnate vestro bono et hanc spem, dum ad verum pervenitis, alite. LVCAN. 5, 492 ne retine ... cupientis ire per aequor. PETRON. 124, 1 vers. 289 tu fortem ne supprime, Lentule, Martem. *al.*

**b** *respiciuntur affectus, motus, opiniones animi eorumve effectus sim.; prohibentur actiones*: **α** *flendi sim.*: PLAVT. Amph. 530 tace, ne corrumpe oculos. Capt. 139 ne fle (Epid. 601. Mil. 1324 [*v. app. crit.*]. CE 1016, 3 [*saec. I in.*]). Curc. 138 (137) ne plora, amabo (Pseud. 1038 ne p.; nescis, ut res sit. *al.*). Poen. 1191ª ne lacruma (Stich. 20 TER. Haut. 84). VERG. Aen. 12, 72 *p. 320, 63.* STAT. Theb. 5, 750 ne fletu violate sacrum, ne plangite divos. silv. 5, 1, 179 saevo ne concute planctu pectora. **β** *timendi sim.*: PLAVT. Amph. 1064 adest auxilium, ne time (Cas. 835. Rud. 688 ne, inquam, timete. *al.* TER. Ad. 279. VERG. Aen. 2, 606 tu ne qua parentis iussa t. neu *eqs.* LIV. 3, 2, 9 ne timete. VET. LAT. Is. 35, 4 [Tert. adv. Marc. 4, 10, 1 Chromat. in Matth. 44, 3; nec *var. l.; gr.* μὴ φοβεῖσθε, *Vulg.* nolite timere]. Luc. 5, 10 [Tert. adv. Marc. 4, 9, 1; *gr.* μὴ φοβοῦ, *cod. 4. al. et Vulg.* noli timere]. *al.*). 1110 ei mihi. :: ne pave (Merc. 885 Mil. 895 Pseud. 103. *sim.* SIL. 16, 127 ne vero, ne, nate, ... laeta pavesce prodigia). Asin. 462 da, quaeso, *argentum* ac ne formida (638. Mil. 893 dum nescientes quod bonum faciamus, ne f. 1011 CLAVD. DON. Aen. 3, 395 p. 320, 18). Capt. 554 ne verere (TER. Haut. 85 SEN. Phoen. 495). VERG. Aen. 9, 114 ne trepidate ... defendere navis neve *eqs.* (*sine inf.*: STAT. Theb. 4, 642 certa est victoria Thebis, ne trepida. *al.*). OV. fast. 3, 289 ne nimium terrere. SEN. contr. 1, 2, 5 ne metue, puella[m]: pudica[m] es ([*sed locum desperat Håkanson*]. SEN. Ag. 796 ne m. dominam famula. Phaedr. 993 ne m. cladis fortiter fari asperas. 1240 Phoen. 645. *al.*). STAT. Theb. 3, 310 ne mihi corde supremos concipe ... metus. AVSON. 23 (280 S.), 124 titulum ne horresce. **γ** *variae*: PLAVT. Merc. 614 animum ne desponde. Most. 955 ne molestu’s (Rud. 1254). Stich. 186 ne gravare (TER. Ad. 942. PLIN. epist. 8, 18, 12 tu, si quid ... epistula dignum, ne g. [gravere *codd. rec.*]). TER. Andr. 868 ah, ne saevi tanto opere ([DON. ‘ne’ imperativo magis quam coniunctivo adiungitur]. VERG. Aen. 6, 544 ne s., ... sacerdos [SERV. antique dictum est: nam nunc ‘ne saevias’ dicimus nec imperativum iungimus adverbio imperantis]. STAT. Theb. 4, 599 ne saevite, duces). Haut. 1052 ne tam offirma te. Eun. 95 ne crucia te. Ad. 802 quando ego tuom *filium* non curo, ne cura meum. CATVLL. 67, 18 nobis dicere ne dubita (*item c. inf.*: LYGD. 4, 75 ne d. blandas adhibere querelas. OV. ars 1, 343 age, ne d. cunctas sperare puellas. *al.; sine inf.*: VERG. Aen. 3, 316 ne d., nam vera vides. PROP. 2, 20, 14 tu modo ne d. de gravitate mea. OV. met. 5, 335 ne d. vestrumque mihi refer ordine carmen. *al.*). VERG. ecl. 2, 17 nimium ne crede colori (Aen. 2, 48 equo ne credite. OV. ars 1, 245 fallaci nimium ne c. lucernae. SEN. Phaedr. 222. *al.; indicatur, quid credatur*: MANIL. 5, 105 ne [nec *var. l.*] c. severae frontis opus gigni. SIL. 1, 636 ne c. emensos levia ob discrimina pontum. *al.*). Aen. 4, 338 *non* abscondere furto speravi – ne finge – fugam (7, 438 ne tantos mihi f. metus. SIL. 5, 117 similes ne fingite vobis ... divos). 6, 95 tu ne cede malis, sed contra audentior ito (LVCAN. 8, 627 ne c. pudori auctoremque dole fati. VAL. FL. 8, 436 ne ce⟨de⟩ timori. STAT. Ach. 1, 534 timidae ne c. parenti. ARATOR act. 2, 860). *al.* OV. am. 3, 6, 65 tu ... dominabere ...; ne (nec, non *var. ll.*) me sperne, precor, tantum *eqs.* (met. 2, 550 meae praesagia linguae. 6, 30 VAL. FL. 5, 592 SIL. 11, 358. *al.*). met. 2, 571 ne me contemne (CALP. ecl. 2, 60 ne c. casas et pastoralia tecta. MART. 8, 59, 3). 10, 352 tu, dum corpore non es passa nefas, animo ne concipe neve *eqs.* LVCAN. 9, 982 invidia ... ne tangere famae. PRIAP. 14, 2 in dei salacis deverti grave ne puta sacellum. *al.; in prosa orat. non nisi* VET. LAT. psalm. 39, 12 (Pass. Gervas. Protas. [BHL 3514] p. 821ᴬ) ne longe fac misericordiam tuam a me (*sed* ne elonges *alia recensio* PS. Ambr. epist. 2, 1; *gr.* μὴ μακρύνῃς, cod. 300. *al. et* VVLG. ne longe facias).

**c** *respiciuntur actiones loquendi, scribendi sim.*: PLAVT. Amph. 803 nunc exquire. :: ne interpella (*cf.* Bacch. 733 ne interturba). 810 quid iam, amabo? :: ne me appella (813 falso nomine. Truc. 896). Asin. 377 *verbera* aequo animo patitor ...; ne nega (922 es, ne n., ... nequissimus. Bacch.

*[Breimeier]*

566 Stich. 715 TER. Andr. 384. *al.*). Mil. 1220 ne parce vocem, ut audiat *miles.* Most. 576 ne clama nimis (TER. Phorm. 664 ne c.: ⟨re⟩petito *eqs.*). *al.* TER. Andr. 543 ah, ne me obsecra (DON. τῷ ἑλληνισμῷ· μὴ λιτάνευε ..., pro 'ne obsecres'). VERG. Aen. 6, 74 lectos ... sacrabo *tibi* ... viros; foliis tantum ne carmina manda, ne ... volent ... ludibria ventis. 6, 614 ne quaere doceri, quam poenam *mali expectent eqs.* (6, 868 luctum ... tuorum. 8, 532 VAL. FL. 2, 251. *al.*). OV. met. 7, 507 ne petite auxilium, sed sumite *eqs.* fast. 3, 619. VAL. FL. 4, 218 ne ferte preces (*cf.* 4, 581 ne vanas impende preces finemque malorum expete. SIL. 14, 168 ne, quaeso, supplex lucem ... precare). SIL. 2, 30 armatum Hannibalem poenae petit ... tellus *Romana*; ne deposce, adero. STAT. Theb. 12, 203 Thebas ... subibo; ne tantum revocate gradus. *al.* *verbo subaudiendo*: STAT. Theb. 4, 537 immo, ait *Tiresias* ..., ne volgata mihi.

**2** *fut.* (*q. d.*): **a** *pers. tertiae* (*in sermone iuris, legibus sim. praeter l. 23. 64*). *si pron. indef.* quis *sim. non sequitur, fere* ne *sine intervallo antecedit verbum, raro cum intervallo, e. g. l. 23. 29. 49. p. 288, 33; iunctura* ne quis *sim. sine intervallo antecedit verbum e. g. l. 54 sqq. 63. 69, sed saepius cum intervallo, e. g. l. 58. 60. 64 sq. p. 288, 45 sqq. 55, etiam ampliore, e. g. l. 75 sqq.*

α *usu vario*: (I) *exempla quaelibet*: LEX reg. (Paul. Fest. p. 222) pelex ⌞aram⌟ Iunonis ne tangito (⌞ ⌟ aedem Gell. 4, 3, 3). *ibid.* (Plin. nat. 14, 88) vino rogum ne respargito. CIL I$^2$ 4, 3 (*in vasculo; ca. a. 500 a. Chr.*) ne med malos tatod (*i. auferat, furetur sim.; v. Rix, Münch. Stud. zur Sprachwiss. 46, 1985, 210*). LEX XII tab. (Cic. leg. 2, 58) hominem mortuum ... in urbe ne sepelito neve (ne *fere trad.*) urito. *ibid.* (Cic. leg. 2, 59) hoc plus ... ne facito; rogum ascea ne polito (repetund. [CIL I$^2$ 583] 69 quaestor moram nei f.). *ibid.* (Cic. leg. 2, 59. 64) mulieres genas ne radunto neve lessum funeris ergo habento (*cf. ibid.* [Serv. Aen. 12, 606] mulier faciem ne carpito). *ibid.* (Cic. leg. 2, 60) homini ... mortuo ne ossa legito (PLIN. nat. 18, 315 leges ita se habent: uvam caldam ne [nec *var. l.*] l. *ibid.* uvam rorulentam ne l.). CATO agr. 144, 1 *redemptor* oleam ne stringito neve (ne *var. l.*) verberato iniussu domini (*in lege oleae legendae ut*: 144, 3 de fundo ligna et oleam ne [non *var. l.*] deportato). LEX inc. (CIL I$^2$ 596) 9 aliter ea nei deleto neiv⟨e ...⟩. CIC. inv. 2, 118 (*in lege ficta*) meretrix coronam auream ne habeto (VLP. dig. 19, 2, 11, 1 [*in locatione ficta*] ignem ne h.). leg. 3, 11 (*e lege XII tab.*) privilegia ne inroganto. *al.* LEX vic. Furf. (CIL I$^2$ 756) 10 alis (*i. alius*) ne potesto. locat. (dig. 19, 2, 29; *ante Alf.*) redemptor silvam ne caedito neve cingito neve deurito neve *eqs.* LIV. 38, 11, 7 obses ne esto praetor ... neu quis, qui *eqs.* 38, 38, 3 belli gerendi ius Antiocho ne esto cum illis ... neve in Europam transeundi (38, 38, 10 milites mercede conducendi ... regi ius ne e.). 38, 38, 5. LEX Iul. Pap. (dig. 24, 2, 11 pr.) divortii faciendi potestas libertae, quae nupta est patrono, ne esto. Iul. de vi (coll. Mos. 9, 2, 2) *quibusdam* hac lege in reum testimonium dicere ne (nec *var. l.*) liceto (met. Vipasc. II 8, 2 sq. 12. 15, 1. 16). *ibid.* (coll. Mos. 9, 2, 3) inviti in reum testimonium ne[c] dicunt⟨o⟩, qui *eqs.* SEN. contr. 2, 7, 9 uxor mea heres ⟨ne⟩ esto, quod *eqs.* LEX Salpens. (CIL II 1963) 1, 39 is ..., dum praefectus erit ..., ne plus quam singulis diebus abesto (*fere item* Irnit. 3 B 32). Malac. (CIL II 1964) 3, 56 is, qu⟨i⟩ adversus h(anc) l(egem) patronus cooptatus ... erit, ne magis ob eam rem patronus ... esto (*persim.* Irnit. 7 A 35). POMPON. dig. 34, 3, 8, 3 heres meus *legatum* a solo Lucio Titio ne petito (*in testamento ficto ut*: VLP. dig. 34, 4, 3, 8). APVL. apol. 88, 3. *in iunctura* ne quis *sim.* (*lectionis dub.* LEX inc. [CIL I$^2$ 2677] 13, *v. Crawford, Roman Statutes I, 1996, 326*): LEX luci Lucer. (CIL I$^2$ 401) 2 in hoce loucarid stircus ne ⟨qu⟩is ⌞fundatid neve cadaver proiecitad neve parentatid⌟ (*v. Leumann, Gramm. 1977, 571*). luci Spolet. (CIL I$^2$ 366 [*item* 2872]) 1, 2 honce loucom ne qu⟨i⟩s violatod neque exvehito ..., quod louci siet, neque *eqs.* CATO agr. 146, 2 quae in fundo inlata erunt, pigneri sunto; ne quid eorum de fundo deportato *redemptor.* LEX inc. Tarent. (CIL I$^2$ 2924) 25 hoic legei fraudem nei quis ⟨facito ...⟩emque teneto. CIC. leg. 3, 9 rei suae ergo ne quis legatus esto. *al.* LEX Vrson. (CIL II$^2$ 5, 1022) 73, 2 ne quis intra fines oppidi ... hominem mortuom inferto neve *eqs.* 74, 12 ne quis ustrinam novam ... facito. 76, 25 figlinas teglarias ... ne quis habeto. 134, 39 ne quis IIvir ... post h(anc) l(egem) ad decuriones ... referto neve *eqs.* VERG. Aen. 12, 565 (*Aeneas ad suos*) ne qua meis esto dictis mora. LEX Iul. de adult. (dig. 48, 5, 13) ne quis posthac stuprum adulterium facito sciens dolo malo. LIV. 38, 11, 2 (*in condicionibus pacis*) *gens Aetolorum* ne quem exercitum ... per fines suos transire sinito neve *eqs.* (*sim.* 38, 38, 2 [*in foedere*]). LEX aq. Frontin. aq. 97, 5 ne quis aquam oletato dolo malo. Malac. (CIL II 1964) 2, 68 ne quis intercedito neve quit aliut facito, quo minus *eqs.* *al.*

(II) *accedunt exceptiones* (*saepe in iunctura* ne quis *sim.*): (A) nisi (nisi si *p. 288, 3*): CATO agr. 145, 2 *redemptor* oleum ne tangito utendi causa neque furandi causa, n. quod custos dederit. 145, 3 socium ne quem habeto, n. quem dominus iusserit. SENT. Minuc. *p. 288, 7.* LEX Anton. de Term. (CIL I$^2$ 589) 2, 6 nei quis magistratus ... meilites in oppidum ... introducito ..., n. senatus ... decreverit. Tarent. (CIL I$^2$ 590) 1, 32 nei quis ... aedificium detegito ... neive disturbato, n. quod ... restituturus erit, n. d⟨e⟩ s(enatus) s(ententia) (*sim.* Vrson. [CIL II$^2$ 5, 1022] 75, 17 n. si ..., aut n. ..., dum ne *eqs.* Malac. [CIL II 1964] 3, 61). CIC. leg. 3, 11 (*e lege XII tab.*) de capite civis n. per maximum comitiatum ... ne ferunto (*item* nisi *antecedit*: LEX met. Vipasc. I 3, 9 conductori ve⟨ndere ligna⟩ n. ex recisaminibus ramorum ... ne liceto). *al.* (B) *aliae*: SENT. Minuc. (CIL I$^2$ 584) 30 praeter ea in eo agro ni quis posideto, nisi de maiore parte Langensium ... sententia, dum ne alium intro mitat nisi Genuatem *eqs.* (CIC. leg. 2, 22. LIV. 38, 38, 5 [*e foedere*] ne qua ⟨p.⟩ arma efferto ex iis oppidis ..., quibus excedat. LEX locat. [dig. 39, 4, 15; *ante Alf.*] ne quis p. redemptorem). LEX Vrson. (CIL II$^2$ 5, 1022) 132, 14 ne quis ... petitor ..., quicumque ... mag(istratum) petet, ... convivia facito neve at cenam quem[ve] vocato ..., praeterdum quod ... *infrequens* convi⟨vi⟩um habeto. LIV. 38, 38, 9 ne navigato citra Calycadnum neu Sarpedonium promunturia, extra quam si qua navis ... obsides portabit.

β *antecedunt enunt. secund., quibus condiciones quaedam ad negationem spectantes determinantur*: (I) *quaelibet* (*hic illic in iunctura* ne quis *sim.*): LEX reg. (Fest. p. 178) si hominem fulminibus occisit, ne supra genua tollito (XII tab. [Gell. 20, 1, 25] qui *aegrum* in ius vocabit, iumentum dato; si nolet, arceram ne sternito. agr. [CIL I$^2$ 585] 42. Vrson. [CIL II$^2$ 5, 1022] 95, 36. LIV. 22, 10, 5 *bis* [*e rogatione populi*]. *al.*). XII tab. (Fest. p. 364) tignum iunctum aedibus vineave ⌞et concapit⌟, ne solvito (⌞ ⌟ *pro enunt. secund., si recte trad.*; e concapedine *Goetz, alii alia*). agr. (CIL I$^2$ 585) 26 quod quisque pecudes in ... vias ... indu⟨xerit ..., pro eo pecore⟩ ... nei quid populo ⟨n⟩eive publicano d⟨are debeto⟩. Irnit. 5 A 47 cum IIvir decuriones ... habebit ... convocatos, conlega eius eos ne dimittito neve ... ⟨a⟩vocato, nisi *eqs.* (TRYPH. dig. 27, 1, 45, 1 [*in testamento ficto*]).

(II) *relat.*: (A) *usu communi*: LEX repetund. (CIL I$^2$ 583) 35 ⟨...⟩ive de ea re volet apud pr(aetorem), is praetor ei moram ne fac⟨ito⟩. SENT. Minuc. (CIL I$^2$ 584) 32 quei eorum ... ita *possidere agrum* non parebit, is eum agrum nei habeto nive fruimino. 36. LEX agr. (CIL I$^2$ 585) 71. 86 pequs ... ne⟨i aliter alieisve legibus⟩ in eo agro pascito. 100. Bant. (CIL I$^2$ 582) 19 ⟨qu⟩ei ex h(ac) l(ege) non iouraverit, is magistratum ... nei petito neive *eqs.* *al.* Rubr. (CIL I$^2$ 592) 1, 1. 2, 20 quei ... eorum quem ... *in custodiam* duxserit, id ei fraudi poenaeve ne esto. Vrson. (CIL II$^2$ 5, 1022) 81, 25. *al.* cens. portus Sic. (dig. 50, 16, 203 p. 951, 6) servos, quos domum quis ducet suo usu, pro is portorium ne dato. de Germ. tab. Tudert. (CIL XI 4632) 8. Malac. (CIL II 1964) 3, 42. *al.* *in iunctura* ne quis *sim.* (*vix recte* ne *legitur* LEX Bant. [CIL I$^2$ 582] 20, *v. Crawford, Roman Statutes I, 1996, 202*): LEX repetund. (CIL I$^2$ 583) 70 ⟨quod⟩ ... ⟨iu⟩dic⟨i⟩um fieri oportebit, quom ... fieri oportebit, nei quis magistratus prove magistratu ... ⟨inp⟩ediu⟨nto, quo⟩ minus setiusve fiat iudiceturve, neive *eqs.* SENT. Minuc. (CIL I$^2$ 584) 34. LEX agr. (CIL I$^2$ 585) 11. Mamil. (grom. p. 263, 15) ni (ne *var. l.*) quis. *ibid.* (grom. p. 264, 15) qui ... termini ... statuti erunt, ne quis eorum quem eicito neve loco moveto. Iul. munic. (CIL I$^2$ 593) 17 queiquomque frumentum populo dabit (-unt *aes*) ..., nei quoi (que *aes*) eorum, quorum nomina ... proposita erunt, frumentum dato neve *eqs.* 108. 127. 136 quibus ... in senatu ... esse non licebit, ni quis eorum ... IIvir(atum) ... petito neve capito. Vrson. (CIL II$^2$ 5, 1022) 101, 18 quicumque comitia ... habebit, is ni quem (qua *aes*) ... accipito neve renuntiato ..., qui *eqs.* *al.* (B) *accedunt exceptiones* (*saepe in iunctura* ne quis *sim.*): LEX repetund. (CIL I$^2$ 583) 56 ⟨quei ... condemnatus a⟩ut apsolutus erit, quom eo ..., nisei quod postea fecerit ..., actio nei es⟨to⟩ ([*sim.* 75. 82]. Iul. munic. [CIL I$^2$ 593] 56 quae viae in u(rbem) R(omam) sunt ..., ne quis in ieis vieis ... plostrum interdiu post solem ortum ... ducito ..., nisi quod *eqs.* 70. 85. 89. 99. Vrson. [CIL II$^2$ 5, 1022] 65, 20. 125, 13 *l. 59.* LABEO dig. 35, 1, 40, 2 [*in testamento ficto*]). Vrson. (CIL II$^2$ 5, 1022) 125, 13 ex quo loco decuriones ludos spectare o(portebit), ne quis in eo loco nisi, qui tum decurio ... erit quive tum magistratus imperium ... geret *eqs.* 125, 20 ne quis praeter eos, qui s(upra) s(cripti) s(unt), qui locus decurionibus datus ... erit, in eo loco sedeto neve *eqs.* (127, 48. 127, 8).

**b** *pers. secundae* (*vix huc e. g. l. 19. p. 287, 22. 25; inter* ne *et verbum vox intercedit nulla*): CATO agr. 33, 3 *in vinea vetere,* quod granum capiat, ne serito (COLVM. 5, 10, 9 ficum frigoribus ne s. [*item* arb. 21, 1]. PLIN. nat. 18, 192 milium, panicum ... nisi in stercorato ne ⌞serito⌟ [*Detlefsen,* -tor *Mayhoff,* -tur *fere trad.*]. 18, 334 hoc *vento* flante ne arato, frugem ne s., semen ne iacito). CIL I$^2$ 1596, 4 (*in sepulchro*) deis inferum parentum sacrum ni violato (*dub. an carm., v. Kruschwitz, Carm. Saturn. Epigr., 2002, 210 sq.; cf. l. 72 sq.*). COLVM. arb. 5, 3 ⌞per brumam vitem ne colito⌟, nisi si voles *eqs.* (⌞ ⌟ *item* PLIN. nat. 18, 232). PLIN. nat. 18, 176 lutosam terram *arando* ne tangito (18, 322. CIL VI 5075, 1 [*in vase*] ne tangito, o mortalis, reverere manes deos [*item* 29948, 1 *in urna; cf. l. 69*]). 18, 328 illinc flante *vento* ne arato (*adde l. 67*). 18, 330 frondem medio die, arborator, ne caedito. *al.* FRONTO p. 233, 5 tum tu ne timeto, nam *eqs.* SCAEV.

[Breimeier]

dig. 40, 4, 59, 2 (*in testamento ficto*) Onesiphore, nisi diligenter rationem excusseris, liber ne esto (Ps. Cato brev. sent. 41 maledicus ne e.).

**B** *accedit coniunctivus* (*tam imperatur, iubetur sim. quam optatur, desideratur sim.*). *inter* ne *et verbum persaepe intercedit vox nulla; cum voces intercedunt,* ne *fere primum locum enuntiati occupat, e. g. l. 17. 61. p. 290, 46. 291, 14. 292, 66 (aliter e. g. l. 34. p. 290, 14); apud poetas* ne *post verbum ponitur p. 291, 55. 64 et* Val. Fl. 5, 240. *iuncturam* ne quis *sim., quae haud raro primum enunt. locum occupat, tam sine intervallo sequitur verbum, e. g. l. 21. p. 290, 4. 291, 61. 293, 3, quam cum intervallo, e. g. p. 291, 36 sqq. 292, 42 sq. 45 sq.*

**1** *usu communi*: **a** *accedunt verba pers. secundae* (*iuxta imperat. e. g. l. 22. 53 sq. 58; antecedunt enunt. secund., quibus condiciones quaedam determinantur sim., e. g. l. 47. 57. p. 290, 14*): **α** *formae praes.; accedunt verba*: (I) *quaelibet*: Plavt. Aul. 238 nihil est dotis, quod dem. :: ne duas (Capt. 331 *filium* si reddis mihi, praeterea unum nummum ne duis, et te et hunc amittam. 947 Rud. 1368. *al.*). 647 excutedum pallium. :: tuo arbitratu. :: ne inter tunicas habeas, *quod abstulisti.* :: tempta, qua lubet (*cf. caput secundum; sunt qui subaudiant* metuo). Bacch. 445 ne attigas puerum (Most. 468 aedis ne attigatis. *al.* CIL I$^2$ 499 [*saec. II a. Chr.*] ne atigas; non sum tua [*in lucerna ut*: 500 n(e) atica(s) me. *sim. p. 283, 26*]. Ter. Andr. 789 Tvrpil. com. 106). 758 ubi erit accubitum semel, ne quoquam exsurgatis, donec *eqs.* Mil. 1361 i, sequere illos, ne morere. Stich. 320 tua quod nihil refert, ne cures (Enn. ann. 57 cetera, quos peperisti, ne c. Epigr. Bob. 42, 2. *al.*). *al.* Ter. Eun. 988 ne me spectes (Hor. *l. 31*). Phorm. 419 'actum' aiunt 'ne agas' ([*v. Otto, Sprichw. n. 42*]. Vvlg. eccles. 7, 18 ne impie a. multum et noli esse stultus). Cato agr. 37, 4 nisi intermestri ... tum ne tangas materiem (Vet. Lat. Ioh. 20, 17 [Hier. in Matth. 28, 9] ne t. me [*cod. 4. al. et Vulg.* noli me tangere]. Chiron 721 ne ferro t. *al.*). 61, 1 agrum ... bene ... ares, sulco vario ne ares. 114, 2 *vinum quoddam* ne commisceas cum cetero vino. Hor. sat. 1, 2, 90 hoc illi recte: ne corporis optima Lyncei contemplere oculis, Hypsaea caecior illa, quae mala sunt spectes (*sunt qui ad p. 302, 2 trahant*). *al.* Tib. 2, 6, 28 ei mihi, ne vincas, dura puella, deam. Ov. met. 1, 508 *p. 291, 28.* Pers. 3, 96 ne sis mihi tutor. Plin. nat. 18, 26 praedium ne cupide emas (*subest p. 308, 4*). *al.* *in iunctura* ne quis *sim.*: Plavt. Men. 327 tu ne quo abeas longius ab aedibus. Qvint. decl. 306, 9 ne quid improbe petas, ne videaris isto animo litigasse. Edict. praet. dig. 43, 8, 2 pr. ne quid in loco publico facias ..., qua ex re quid illi damni detur, praeterquam quod *eqs.* (43, 12, 1 pr. ne quid in flumine publico ... f. neve quid *eqs.*). (II) *dicendi, monendi sim.* (*sunt quae ad p. 302, 58 sqq. transferre possis*): Naev. com. 5 age, ne tibi med advorsari dicas (Plavt. Rud. 1390. *al.*). Plavt. Aul. 173 verba ne facias, soror; scio, quid dictura es. 241 ne doceas. Mil. 1378 ne me moneatis (Pseud. 915 monendus ne me moneas [-eat *var. l.; nisi ad p. 297, 10*]). Most. 215 id tu mihi ne suadeas, ut illum minoris pendam. Pseud. 275 Ter. Haut. 745. Ad. 113 ah, ausculta, ne me optundas de hac re saepius (Don. ne me saepe et moleste interpelles). CE 57, 1 (*vix post Cic.*) *praeconis nomen* sei legis, ne vituperes. Hor. epist. 1, 13, 16 ne (nec, neu *var. ll.*) volgo narres te sudavisse ferendo carmina. Vet. Lat. exod. 23, 13 (Tert. idol. 20, 3) nomen aliorum deorum ne commemoremini (*gr.* οὐκ ἀναμνησθήσεσθε, *Vulg. aliter*). (III) *indicantia affectus, cogitationes sim.*: Plavt. Amph. 87 mirari nolim vos, quapropter Iuppiter nunc histriones curet; ne miremini; ipse hanc acturust Iuppiter comoediam (Bacch. 1072. Mart. 12 praef. ne mireris. *al.*). 924 ignosce, irata ne sies. Asin. 469 aufer te domum, abscede hinc, molestus ne sis (Aul. 458 Men. 250 Pseud. 118. *al.* Qverol. p. 28, 12). Capt. 58 ne vereamini (349. Qverol. p. 46, 17 ne vereare me duce. *al.*). Curc. 568 ne me territes (713). Men. 502 quisquis es, si aequom facias, mihi odiosus ne sies. Mil. 1215 moderare animo, ne sis cupidus. Pseud. 1234 *spectatores,* nunc ne expectetis, dum *eqs.* (Truc. 482 [*nisi ad p. 302, 65*]. Ter. Andr. 980. Varro ling. 10, 40 ⟨ne⟩. *al.*). *al.* Caecil. com. 23 ne tibi me esse ... obnoxium reare. Ter. Eun. 212 ne istuc tam iniquo patiare animo. 273 *tristis es.* :: nil quidem. :: ne sis (Don. *ad l.* 2 'ne sis' dixit, ut probaret tristem fuisse). 786 nebulo magnus est; ne metuas (Mart. 1, 70, 13 ne [nec *var. l.*] m. fastus. 9, 61, 20 Apvl. apol. 9, 12 vers. 3. *al.*). Phorm. 508 heia, ne parum leno sies (*aliter* Don. ἔλλειψις: deest ⟨enim⟩ 'metuis'. *mire* Evgraph. aliquantum officii ... muta, ut avaritiam refrenes). Cic. Cato 33. Ps. Varro sent. 13 vix datum ne putes beneficium, sed praedam. Verg. Aen. 8, 613 ne mox ... dubites in proelia poscere Turnum (Ov. met. 14, 727 ipse ego, ne d., adero. Colvm. 11, 1, 29 serere ne d. [*v. Otto, Sprichw. n. 1631*]. Calp. ecl. 3, 75 [dubita *var. l.*]. *al.*). Hor. carm. 1, 33, 1 ne doleas plus nimio ... neu *eqs.* (Hier. epist. 76, 2, 1. *al.*). *al.* Gratt. 190 ill⟨ud⟩ ne vanum totas genus *canum* aspernere per artis. Octavia 553 temere ne credas (Cvrt. 6, 3, 12 Mart. 11, 55, 2. *al.*). Mart. 4, 59, 5 ne tibi regali placeas, Cleopatra, sepulchro, vipera si tumulo nobiliore iacet. Fronto p. 59, 6 id ... ne ignores: pleraque *eqs.* Tert. fug. 9, 4 *in persecutione* ne confundaris. Vet. Lat. gen. 28, 13 (cod. 100. *al.*) ne timeas, quia *eqs.* ([*Aug. civ. 16, 38 p. 186, 20. al.* noli timere, *om. Vulg.*]. 46, 3 [cod. 100] ne t. descendere in Aegypto [*Vulg.* noli timere]. *al.*). *al.* *in iunctura* ne quis *sim.*: Plavt. Mil. 1423 de tunica ... ne quid speres; non feres. Ter. Haut. 939 ne quid vereare.



**β** *formae praeteriti* (*etiam p. p. p., sc. l. 14. 31. al.*): (I) *generatim; accedunt verba*: (A) *quaelibet* (*exempla selecta inde a* Liv.): Plavt. Cas. 404 percide os tu illi ... :: ne (cave *Bothe*) obiexis manum. Epid. 148 ne feceris (Most. 1115 ne faxis. Cato agr. 45, 2 palo prius locum ne f., quo taleam demittas. Cic. div. 2, 127 hoc facito, hoc ne f. Plin. epist. 1, 18, 5 praeceptum 'quod dubites, ne f.' *al.*). Most. 1097 ne occupassis, obsecro, aram. Rud. 1155 mane, ne ostenderis, *sc. crepundia.* Trin. 1012 ne destiteris currere (Cic. Att. 9, 9, 1). *al.* Ter. Phorm. 514 si non tum *argentum* dedero, unam praeterea horam ne oppertus sies. Cato agr. 4 familiam ne siveris peccare. 37, 1 nucleos in segetem ne indideris. 93. 158, 2. 161, 2 *p. 301, 54.* Varro Men. 304 ne meum taxis librum, si *eqs.* Cic. Tusc. 1, 112 tu ... istam *artem* ne reliqueris. Att. 10, 13, 1 si quid ad spem poteris *scribere,* ne dimiseris (fam. 7, 17, 2 *p. 316, 34.* Tert. orat. 26, 1 fratrem ... ne sine oratione d.). ad Q. fr. 1, 4, 5 sin te ... inimici vexare coeperint, ne cessaris (Sen. benef. 1, 2, 4 ne cessaveris, opus tuum perage *eqs.*). *al.* Hor. sat. 2, 2, 16. carm. 1, 11, 1 tu ne quaesieris ..., quem tibi finem di dederint ... nec *eqs.* (Vet. Lat. I Cor. 7, 27 [Tert. castit. 4, 1. *al.*] solutus es ab uxore; ne q. uxorem [cod. 77. *al.* ne quaere, *75. al. et Vulg.* noli quaerere]. *al.*). epist. 1, 6, 40 eget aeris Cappadocum rex: ne fueris hic tu. Liv. 9, 34, 15 ne degeneraveris a familia imperiosissima. 21, 44, 6 ne transieris Hiberum. Sen. contr. 10, 5, 11 propter [me] Promethea homines ne torseris. Sen. benef. 5, 20, 6 beneficium ... ne corruperis creditum faciendo. dial. 6, 5, 6 ne summiseris te, immo contra fige stabilem gradum. Cvrt. 8, 7, 15 quorum orbas senectutem, suppliciis ne oneraveris. 9, 2, 29 ne infregeritis in manibus meis palmam *pulcherrimam.* Colvm. arb. 7, 3 *virgas* ne passus fueris plus quam ... tres gemmas habere. 16, 3 arborem, quam deposueris, ... circumfodito ... et triennium ferro ne tetigeris (Vet. Lat. Col. 2, 21 [cod. 78. *al.*] ne tetigeritis neque gustaveritis [cod. 75. *al.* ne tangas, 77. *al. et* Vvlg. ne tetigeris]. Chiron 688. *al.*). Val. Fl. 7, 415 ne, precor, ... similem te ... parenti gesseris. Tert. fug. 2, 5 ne nos induxeris in temptationem (*antea* [*Matth. 6, 13*]: ne nos inducas in t.). idol. 15, 11 si lupanaribus renuntiasti, ne indueris domui tuae faciem novi lupanaris. Vet. Lat. exod. 23, 21 (Tert. adv. Iud. 9, 23) audite eum et ne inobaudiens fueris ei (Tert. adv. Marc. 3, 16, 5 exaudite eum, ne inobaudieritis eum, *Vulg.* nec contemnendum putes). Matth. 10, 5 (Tert. fug. 6, 2) in viam nationum ne ieritis et in civitatem Samaritanorum ne introieritis, sed ite *eqs.* (cod. 3. *al. et* Vvlg. ne abieritis et ... ne intraveritis). *al.* (B) *dicendi, monendi sim.*: Plavt. Asin. 839 ne dixis istuc (Aul. 744. Cist. 110 ne quid, quod illi doleat, dixeris. Mil. 283. Hor. sat. 2, 3, 220 ne dixeris. Phaedr. app. 13, 4. *al.*). Men. 415 pernegari *meretrici* non potest. :: ne feceris. Mil. 799 audio; ne me surdum verberassis (*Bugge,* verberavit *B et Lindsay* [*sc.* 2. ne *intellegens*], ververat vit *CD, alii alia*). Pseud. 79 'eheu'? id ... ne parsis. Ter. Phorm. 742 ne (nec *var. l.*) me istoc posthac nomine appellassis (-asses *var. l.*). Cic. Att. 2, 5, 1 si quid *Θεοφάνης* tecum forte contulerit, ne omnino repudiaris. Brvt. Cic. ad Brut. 24, 6 me ... ne commendaveris Caesari tuo. Vet. Lat. Is. 58, 1 (Tert. adv. Iud. 9, 30) exclama ... in vigore et ne peperceris, exalta ... vocem tuam (Vvlg. ne cesses). (C) *indicantia affectus, cogitationes sim.* (*exempla selecta post* Cic.): Plavt. Trin. 704 id me commissurum ut patiar fieri, ne animum induxeris. Cic. Mur. 65 misericordia commotus ne sis. rep. 1, 32 si me audietis ..., solem alterum ne metueritis (Vet. Lat. Is. 51, 7 [Tert. adv. Marc. 4, 14, 15] ne m. ignominiam ab hominibus [*Vulg.* nolite timere]. Matth. 1, 20 [cod. 1. *al.; cod. 3. al. et Vulg.* noli timere]). Att. 1, 9, 2 quicquid *dignum* ... habebis ..., ne dubitaris mittere (7, 3, 2. Sen. nat. 1, 3, 3 huius rei causam esse in umore ne dubitaveris. Colvm. 9, 9, 8 Avg. doctr. christ. 3, 56). 4, 15, 6 hoc ne curaris. fam. 7, 18, 3 tu, si intervallum longius erit mearum litterarum, ne sis admiratus. ad Q. fr. 2, 11, 5 iocum ... illius de sua egestate ne sis aspernatus. *al.* Pvblil. sent. M 72 malum ⌊ne alienum feceris tuum⌋ gaudium (⌊ ⌋ a. t. ne f. *trad., transp. Ritschl*). Liv. 10, 8, 6 ne fastidieris nos *plebeios* in sacerdotum numerum accipere. Rvt. Lvp. 2, 9 largitionem abstinentiae testimonium ne crediderís (Cvrt. 7, 8, 29. *al.*). Sen. dial. 10, 20, 1 cum videris ... praetextam saepe iam sumptam ..., ne invideris (11, 9, 7 Plin. epist. 6, 17, 4). epist. 123, 11 publicos paedagogos assis ne feceris nec dubitaveris *eqs.* Colvm. arb. 7, 6 *virgae* brevitatem ne reformidaveris. Mart. 7, 60, 6 nil pro me mihi, Iuppiter, petenti ne suscensueris velut superbo. Tac. hist. 1, 16, 3 ne tamen territus fueris, si duae legiones ... nondum quiescunt. 2, 77, 1 ne tamen Mucianum socium spreveris, quia aemulum non experiris. ann. 6, 8, 5 ne ... ultimum Seiani diem, sed sedecim annos cogitaveritis. Tert. cult. fem. 2, 13, 6 ne dilexeritis aurum. *al.*

[Breimeier]

(II) *speciatim in prohibitione, optato impossibili (sc. temporis praeteriti)*: PLAVT. Men. 611 tu ne clam me comesses prandium. Pseud. 437 vel tu ne faceres tale in adulescentia. VARRO Men. 41 ne dares, ne polliceres, quod datum est. CIC. Att. 2, 1, 3 isdem ex libris perspicies et, quae gesserim, et, quae dixerim; aut ne poposcisses. SEN. dial. 11, 6, 3 si volebas tibi omnia licere, ne (non *var. l.*) convertisses in te ora omnium.

**b** *accedunt verba pers. tertiae* (*hic illic antecedunt enunt. secund., quibus condiciones quaedam determinantur, e. g.* PLAVT. Asin. 794. 797. SENT. Minuc. *p. 292, 21; indicantur exceptiones per* nisi *e. g. p. 292, 6. 68,* extra quam si CATO agr. 144, 4, *cf. abl. [absol.] ibid.* 5, 4. 143, 1. *al.*): **α** *in sermone quolibet*: (I) *generatim*: Ⓐ *in orat. recta (fere formae praes., sed praeteriti l. 14sq. 30. 33. 50. 63. al.; verbo subaudiendo l. 32); accedunt verba*: ① *varia*: PLAVT. Asin. 460 ne duit, *sc. mihi argentum,* si non volt. Bacch. 468 periit tibi sodalis. :: ne di sirint (Merc. 323. 613. CORNELIA epist. frg. 2 ne ille s. Iuppiter te ea perseverare. LIV. 28, 28, 11 ne istuc Iuppiter ... s., urbem *eqs.* 34, 24, 2). Epid. 584 haec negat se tuam esse matrem. :: ne fuat, si non volt (CIC. off. 3, 81 illud, quod utile videtur, turpe ne sit. *al.*). *al.* CIC. Cael. 42 *iuventus* ne spoliet alienam *pudicitiam,* ne effundat patrimonium ..., ne intersit insidiis. Phil. 1, 27. off. 2, 71 si ... bonus erit vir, ne impediant divitiae, quominus iuvetur, modo ne adiuvent. *al.* CATVLL. 61, 126 ne diu taceat ... Fescennina iocatio nec *eqs.* SORT. (CE 331) 4 de vero falsa ne fiant iudice falso. VERG. ecl. 10, 48 sq. a, te ne frigora laedant; a, tibi ne teneras glacies secet aspera plantas. HOR. carm. 1, 36, 10 ne careat ... dies nota, neu *eqs.* ars 185 ne pueros coram populo Medea trucidet aut humana palam coquat exta ... Atreus. *al.* PROP. 4, 2, 62 tibi *caelatori* ... tellus artifices ne (me *var. l.*) terat ... manus. 4, 7, 76 ne speculum dominae porrigat illa novae. OV. ars 1, 515. met. 1, 508 ne prona cadas indignave laedi crura notent sentes et sim tibi causa doloris. fast. 3, 501 ne noceat, quod amo. LIV. 44, 22, 13. 44, 22, 14 si quem id facere piget ..., e terra ne gubernaverit. 45, 24, 8 ne plus obsit nobis, quod uno bello cessavimus, quam quod *eqs.* SEN. contr. 1 praef. 9 in hos ne (nec *fere trad.*) dii tantum mali, *sc. sint,* ut cadat eloquentia. 9, 4, 13 ne dixerit idem voluisse patrem quod tyrannum. GERM. 154 ne mihi tum remis pulset vada caerula puppis. VELL. 2, 92, 1 praeclarum ... factum ... ne fraudetur memoria. *al.* *in iunctura* ne quis *sim.*: PLAVT. Capt. 795 ut omnes itinera insistant sua, ne quis in hanc plateam negoti conferat quicquam sui. Persa 541 TER. Haut. 361. Eun. 963 ne quam in illum Thais vim fieri sinat (*nisi ad II coll. 961* dico edico). CIC. Att. 16, 2, 2 si quid eius modi acciderit, ne quid tibi sit fama mea potius. ad Q. fr. 1, 1, 17 de iis rebus ne quid attingat. *al.* LIV. 21, 44, 6 ne quid rei tibi sit cum Saguntinis. TERT. bapt. 4, 2 ⌞ne quis ergo⌟ dicat: '...' (⌞ ⌟ nemo *var. l.*). *al.* ② *indicantia affectus, cogitationes animi sim.* (*exempla selecta post* TIB.): PLAVT. Persa 852 nolo mihi bene esse. :: ne sit. Stich. 600 ille ne suscenseat (*sunt qui ad p. 295, 24 trahant*). TER. Haut. 30 ne ille pro se dictum existumet. Eun. 529 aut dicat, quid volt, aut molesta ne siet (*cf. impers.*: HIER. in Is. 5, 15, 1 l. 45 G. ne molestum tibi sit, quod *eqs.* SALV. epist. 4, 14). CIC. Catil. 2, 6 *satellites* ne patiantur desiderio sui Catilinam miserum tabescere (SEN. contr. 1, 1, 17 ne [nec *trad.*] di istud nefas p., ut *eqs.*). off. 3, 81 si turpe *illud* est, ne videatur esse utile (PROP. 1, 15, 33 tam tibi ne viles isti v. ocelli). Att. 16, 1, 6 eae *litterae* te ne moverint. carm. frg. 33, 1 mors mea ne careat lacrimis (*Solon frg. 22, 5 μηδέ*). LVCR. 2, 187 ne tibi dent in eo flammarum corpora frudem (*sim.* 6, 187 ne tibi sit frudi, quod *eqs.*). VERG. Aen. 9, 152 furta ... ne timeant (HIER. reg. Pachom. 159 p. 59, 11 ne timeat mortem, sed deum). TIB. 1, 4, 15 te ne capiant ... taedia. OV. ars 1, 208 o desint animis ne mea verba tuis. fast. 3, 489 ne sciat haec quisquam tacitisque doloribus urar. trist. 4, 3, 61 nunc quoque ne pudeat, quod sis mihi nupta (STAT. silv. 2, 6, 13 ne comprime fletus, ne p. *al.*). VAL. MAX. 2, 10, 2 se nobis spectandum praebere ne gravetur (QVINT. inst. 4, 2, 21 *iudex* rationem ... facti ... cognoscere ne g.). *al.* *in iunctura* ne quis *sim.* (quisquam VLP.; *dub.* CAEL. or. frg. Quint. inst. 11, 1, 51): PLAVT. Cas. 24 ne quis formidet flagitatorem suom. CIC. Cael. 42 *iuventus* ne quem vi terreat. VERG. Aen. 3, 453 hic tibi ne qua morae fuerint dispendia tanti ..., quin adeas vatem. AETNA 29 ne quem capiat fallacia vatum sedes esse dei *Aetnam eqs.* TIB. 1, 3, 21 audeat invito ne (neu *var. l.*) quis discedere Amore, aut sciat egressum se prohibente deo. PROP. 4, 7, 73 nutrix in tremulis ne quid desideret annis. OV. Pont. 3, 4, 65 deprecor hoc: vatum contra sua carmina ne quis dicta putet (QVINT. inst. 11, 3, 44. VLP. dig. 4, 9, 1, 1 ne [neque *codd. det.*] quisquam. *al.*). SEN. contr. 7, 3, 5 'mihi', inquit, 'paravi venenum': ne quis dubitet, an alium possit occidere (*nisi ad p. 303, 26sqq.*). QVINT. inst. 1, 4, 6 ne quis ... tamquam parva fastidiat grammatices elementa. *al.*

Ⓑ *in orat. obliqua (sc. formae imperf., sed praes. p. 292, 4; frequentant scriptores rerum gestarum)*: PLAVT. Merc. 60 *dixit* convicium tot me annos iam se pascere, quod nisi puderet, ne luberet vivere. CAES. Gall. 1, 13, 5 quod ... unum pagum adortus esset ..., ne ob eam rem ... ipsos despiceret. 1, 13, 7 ne committeret, ut *eqs.* civ. 1, 71, 2 concurrebant legati ...: ne dubitaret proelium committere (NEP. Ages. 4, 1 venire ne d. CVRT. 5, 4, 16 id ... iter ... ne d. ingredi). SALL. Catil. 31, 7 ne existumarent sibi ... perdita re publica opus esse. 44, 6 ne cunctetur ipse propius adcedere. LIV. 1, 9, 4 ne gravarentur homines cum hominibus ... genus miscere. 3, 39, 10 ne nimium in metu alieno spei ponerent. 9, 16, 3 nisi praesidio Samnitium ... tradito ne ad se remearent. 35, 32, 13 ne temere eam *societatem* ... everterent. *al.* CVRT. 6, 7, 9 orare primum, ut particeps consilii ... fieret; si id sustinere non posset, attamen ne proderet se (*nisi ad II*). 9, 4, 21 ne inviderent sibi laudem, quam peteret. *al.* *in iunctura* ne quis *sim.*: SALL. Iug. 88, 5 Bocchus nuntios ad eum *Marium* saepe miserat: velle populi Romani amicitiam; ne quid ab se hostile timeret. LIV. 27, 28, 4 ne quibus litteris crederent nomine Marcelli compositis.

(II) *speciatim in prohibitione, optato impossibili*: CIRIS 237 ei mihi, ne furor ille tuos invaserit artus ..., ut *eqs.*

**β** *in sermone peculiari*: (I) *iuris, legum sim.* (*fere c. praes. [vel imperf. in orat. obliqua, e. g. l. 28. 45. 54. 56]; forma* ausit *l. 63*): PLAVT. Asin. 780 cum iaciat *meretrix talos,* 'te' ne dicat: nomen nominet (*in legibus meretrici datis ut*: 794. 797. *cf. l. 42*). TITVLVS Cato orat. Gell. 20, 2, 1 ne imperium sit veteri, ubi novus venerit. SENT. Minuc. (CIL $I^2$ 584) 6 qua ager privatus castelli ... est, quem agrum eos vendere ... licet, is ager vectigal(is) nei siet. CIL $I^2$ 1990, 8 (*saec. II ex. a. Chr.?*). LEX Tarent. (CIL $I^2$ 590) 1, 1 ⟨...⟩ ne esse liceat, neive *eqs.* (S. C. Frontin. aq. 106, 1 ne cui privato aquam ducere ex rivis publicis liceret. SEN. contr. exc. 5, 7 leg. nocte in bello portas aperire ne l. 6, 2 leg. [ne *Müller,* non *trad.*]. QVINT. inst. 7, 8, 6 ex domo in ius educere. *al.*). CIC. Verr. II 3, 37. Phil. 8, 33 eorum ..., qui ... adierint, eis fraudi ne sit, quod *eqs.* (*in eadem re*: epist. frg. 4, 1 his fraudi ne esset). VARRO ling. 6, 16 vinum novum ne vehatur in urbem ante, quam *eqs.* rust. 1, 2, 17 colonus in agro surculario ne capra ⟨na⟩tum pascat. CIL $I^2$ 2527a, 6 (*Romae; saec. I a. Chr.*) sepulcr(um) heredes ne sequatur (*sim.* HOR. sat. 1, 8, 13 *tot* pedes in fronte ... cippus ... dabat; heredes monumentum ne sequeretur. CIL XII 3224, 6 [*saec. II*]). FEST. p. 318 (*e lege tribunicia*) si quis eum, qui eo plebei scito sacer sit, occiderit, parricida ne sit. SEN. contr. 9, 3 leg. per vim metumque gesta ne sint rata. LEX Irnit. 5 A 45 rubr. ne dimittantur aut avocentur decuriones. 5 C 8 rubr. qui ne conducant emantve neve socii sint, cum publica locabuntur. QVINT. inst. 7, 6, 4 bis de eadem re ne sit actio (decl. 265 leg. ignominioso ne sit a. iniuriarum. *cf.* 249, 3 ne prius cum adultera agatur, quam *eqs.* EDICT. praet. dig. 42, 5, 25 quod postea contractum erit ..., ne a. eo nomine detur). *al.* *in iunctura* ne quis *sim.* (*cf. formas verborum contaminatas p. 287, 54; addidimus* ne quisquam *sim.; exempla selecta post* LIV.): PLAVT. Asin. 769 ad eorum ne quem oculos adiciat suos (*in legibus meretrici datis ut*: 779 *p. 317, 38.* 785 *p. 317, 17. cf. l. 18*). Poen. 17 (*edictum iocosum*) scortum exoletum ne quis in proscaenio sedeat. S. C. de Bacch. (CIL $I^2$ 581) 3 nei quis eorum Bacanal (Sac- *aes*) habuise velet (7 Bacas vir ne quis adiese velet ..., nisei *eqs.* 15 ne quisquam. 19 VARRO frg. Non. p. 394, 5. *al.*). 10 sacerdos nequis vir eset. LEX repetund. (CIL $I^2$ 583) 38 (*rubr.*) ioudex nei quis disputet. SENT. Minuc. (CIL $I^2$ 584) 40 ea prata invitis Langensibus ... ni quis sicet nive *eqs.* CIL $I^2$ 688 hanc aram ne quis dealbet. 1831, 6 pecus ... ni quis agat. LEX aq. Frontin. aq. 94, 3 ne quis privatus aliam ducat (ducito *Crook*) quam *eqs.* VARRO ling. 7, 84 ne quod scorteum adhibeatur *in sacellis.* LEX Iul. de adult. (dig. 48, 5, 16, 1) ne quis inter reos referat eum, qui ... rei publicae causa aberit. S. C. Frontin. aq. 106, 2 ne cui (qui *trad.*) eorum ... ius esset ... laxiorem fistulam subicere *eqs.* LIV. 43, 11, 5 qui *senatores* Romae essent, ne quis ultra mille passuum ab Roma abesset. SEN. contr. exc. 3, 4 leg. servatus contra servatorem ne quam habeat actionem ([habebat *cod. opt.*]. *cf.* ne qua sit actio: QVINT. decl. 250 leg. ignominioso ne qua sit a. 346 leg. *al.*). S. C. de aedif. (CIL X 1401; *a. 56*) 37 ne quid fraudi multae poenaeq(ue) esset Celsillae, si *eqs.* LEX Malac. (CIL II 1964) 2, 66 rubr. ne quid fiat, quo minus comitia habeantur (EDICT. praet. dig. 47, 10, 15, 25. *al.*). Irnit. 8 C 2 r(ubrica): ne quit coematur supprimatur. STAT. Theb. 12, 101 suprema ne quis ope et flammis ausit iuvisse Pelasgos; aut nece facta luet (CIL VI 10284, 5 hoc monumentum ... ne quis a nomine nostro alienare audeat). *al.*

(II) *rei rust., medicae sim.* (*cf. l. 28sq.; c. verbis temp. praeteriti l. 69. p. 293, 1*): CATO agr. 1, 2 ne calamitosum siet *praedium.* 5, 2 familiae male ne sit, ne algeat, ne esuriat. *ibid.* vilicus ne sit ambulator. 5, 3 rem divinam nisi Compitalibus ... ne faciat (143, 1. COLVM. 1, 8, 5 sacrificia nisi ex praecepto domini ne fecerit). 67, 1 ligna in torculario ne caedant (VARRO rust. 1, 55, 3 [2]). 83 mulier ad eam rem divinam ne adsit neve *eqs. al.* VARRO rust. 2, 5, 12 ante admissuram mensem unum ne cibo et potione se inpleant *boves.* 2, 5, 16 lactantes *vituli* cum matribus ne cubent. VERG. georg. 2, 252 a, nimium ne sit mihi fertilis illa *tellus umida* nec *eqs.* 3, 435 ne (nec *var. l.*) mihi tum mollis sub divo carpere somnos neu ... libeat iacuisse per herbas, cum *eqs.* GRATT. 419. 505. COLVM. 1, 8, 6 haruspices

[Breimeier]

… ne admiserit. *al.* CALP. ecl. 5, 36 ne sint compendia tanti, destruat ut … caseus agnos. *al.* *in iunctura* ne quis *sim.*: CATO agr. 5, 2 *vilicus* ad cenam ne quo eat (143, 1). 5, 4 parasitum ne quem habeat. *al.* VARRO rust. 1, 22, 1 quae nasci in fundo … poterunt, eorum ne quid ematur. 3, 16, 34 *si* alvus non sit fertilis, ni[si] quid eximatur.

**c** *accedunt verba pers. primae (fere praes., sed perf. l. 14)*: **α** *in orat. recta*: (I) *exempla quaelibet (in optato impossibili l. 11)*: CIC. fin. 5, 8 sed ne, dum huic obsequor, vobis molestus sim. Tusc. 3, 12 ne (nec *fere trad.*) aegrotus sim (*verba Crantoris; cf. Plut. moral. 10, 3 p. 102$^{D}$ μή*). Att. 14, 4, 2. HOR. sat. 1, 3, 137 ne longum faciam: dum tu *eqs.* (*nisi ad p. 302, 1sqq., ut sim.* 2, 1, 57 ne l. f.: seu *eqs.*). LYGD. 4, 82 a ego ne possim (non possum *var. l.*) tanta videre mala. OV. am. 2, 19, 34 ei mihi, ne (quod, nunc *var. ll.*) monitis torquear (-or *var. l.*) ipse meis. met. 1, 508 *p. 291, 28.* LIV. 32, 21, 19. 41, 24, 15 ne id, quod non agitur …, simulaverimus agi. SEN. dial. 4, 28, 4 bonis ne irascamur (4, 34, 3 ne i. … hostium liberis). COLVM. 11, 2, 55. VAL. FL. 7, 201$^{b}$ ei mihi, ne casus … spectare supremos … cogar. *al.* *verbo dicendi sim. subaudiendo*: CIC. Att. 15, 13, 4 videtur res publica ius suum reciperatura; sed ne quid ante. (II) *ad negationem corroborandam eius, quod per enunt. condic. indicatur, locutor sibi mala precatur sim.*: CIC. Att. 4, 17, 5 'quid poteris … pro iis dicere?' ne vivam, ⟨si⟩ scio (12, 3, 1. fam. 7, 23, 4 ne v., si. MART. 10, 12, 3 ne v., nisi). 16, 13, 1 ne sim salvus, si aliter scribo ac sentio. SVLPICIA Tib. 3, 18, 1 ne (nec *var. l.*) tibi sim … fervida cura …, si *eqs.* MART. 2, 5, 1 ne valeam, si non totis … diebus … tecum … esse velim (4, 31, 3. 6, 64, 18. AVR. Fronto p. 27, 13 ne v., nisi. CIL VI 14313, 5 [*saec. I/II?*]).

**β** *in orat. obliqua*: PLANC. Cic. fam. 10, 21, 3 *Laterensis in litteris* denuntiat … suam fidem solutam esse; rei publicae ne desim. HOR. sat. 2, 1, 5 quiescas. :: ne faciam, inquis, omnino versus? :: aio (*vix ad IIA*).

**2** *usu speciali, adhibita parataxi pro hypotaxi enunt. per* ne *inductum, tamquam pro enunt. secund. positum, quodam modo cum altero enunt. iungi intellegitur (exempla potiora)*; ne *inducit*: **a** *concessionem (saepe seq. asyndeton, aliter e. g. l. 35)*: PLAVT. Capt. 393 istuc ne (non *var. l.*) praecipias; facile memoria memini tamen. CIC. Cael. 50 obliviscor iam iniurias tuas …; ne sint haec in te dicta, quae dixi: sed ex te … requiro *eqs.* orat. 101 nemo is, inquies, umquam fuit; ⌊ne fuerit⌋ (nedum tu fueris *var. l.*): ego enim, quid desiderem …, disputo. fin. 4, 73 *est* longius verbum 'praepositum' quam 'bonum'. :: nihil ad rem. :: ne sit sane, at certe gravius *est.* ac. 2, 84. 2, 102 non videtur hoc satis esse vobis; ne sit; illa certe debemus effugere, quae *eqs.* Tusc. 2, 14 ne sit sane summum malum dolor: malum certe est. LIV. 31, 7, 8 ne aequaveritis Hannibali Philippum …: Pyrrho certe aequabitis. *al.* SEN. suas. 2, 3 ne sit Sparta lapidibus circumdata: ibi muros habet, ubi viros.

**b** *restrictionem sim.*: **α** *c. vocibus restrictionem, oppositum sim. indicantibus (cf. p. 285, 37. 311, 9sqq.)*: modo: PLAVT. Capt. 177 *te ad cenam voco,* si pauxillo potes contentus esse. :: ne perpauxillum m., *sc. sit.* Trin. 370 nihil quicquam *dare amico volo,* pater; tu m. ne me prohibeas accipere, si quid det mihi. TER. Ad. 835 *senes* adtentiores sumus ad rem omnes, quam sat est … :: ne nimium m. … tuos iste animus aequos subvortat (DON. *ad l.* 2 ⟨si⟩ 'ne' valde, 'subvertit' infra legendum est, si 'ne' pro coniunctione est, 'subvertat' legendum est ita, ut subaudiamus 'timeo' vel aliquid tale). CIC. off. 1, 89 *mediocritas Peripateticis* recte placet, m. ne laudarent iracundiam et *eqs.* OV. met. 13, 135 huic m. ne prosit, quod … hebes esse videtur, neve mihi noceat, quod *eqs.* SEN. rem. fort. 16, 5 invenies *bonam uxorem,* si nihil quaeris nisi bonam uxorem: tu m. ne imagines proavosque respexeris nec patrimonium. CVRT. 4, 14, 3 *nihil timendum esse*; nomina m. vana gentium ignotarum ne extimescerent. VAL. FL. 5, 507 qualem … dabat te fama, videmus; tu m. ne claros Minyis invideris actus. TRAIAN. Plin. epist. 10, 40, 3 nulla provincia non … ingeniosos homines habet; m. ne existimes brevius esse ab urbe mitti. *quibuslibet*: TER. Eun. 183 *postulo* abs te, biduom saltem ut concedas solum. :: siquidem biduom; verum ne fiant isti viginti dies **(**388 facias; v. ne post conferas culpam in me [DON. *ad l.* 3 deest 'vide'. 4 si 'ne' prohibentis est, nihil deest, si percunctantis, item; sin 'ne' ne forte, deest 'timeo']. *cf.* VAL. MAX. 8, 1 absol. 11 terribilis sit is adversus hostem, civis vero salutem … ne insequatur**)**. CIC. rep. 5, 5 *rei publicae rector* studuerit sane iuri …, sed se responsitando … ne impediat, ut quasi dispensare rem publicam … possit **(**STAT. Theb. 12, 691 veniant *hostes*; sed ne post bella querantur *victi.* VET. LAT. gen. 38, 23 [Lib. iubil. 41, 15] habeat illa *res pignori datas,* sed ne forte derid⟨e⟩at nos [*gr.* μήποτε καταγελασθῶμεν]**)**. OV. am. 2, 15, 18 ut … *anulus* possim signare tabellas …, tangam prius ora puellae: tantum ne signem scripta dolenda mihi **(**3, 8, 59 *divites* omnia possideant …; t. ne nostros avidi liceantur amores. epist. 10, 89 quis vetat et gladios per latus ire meum? t. ne religer dura captiva catena neve *eqs.* rem. 714 *puellarum* mores … confer …; t. iudicio ne tuus obsit amor. *al.*



STAT. silv. 4, 9, 54 PELAG. in I Cor. 6, 11 p. 156, 8**)**. VEL. gramm. VII 50, 6 et concedamus talia nomina per u scribere ⟨iis⟩, qui antiquorum voluntates sequuntur; ne[c] tamen sic enuntient, quo modo scribunt. **β** *cetera exempla*: CIC. leg. 2, 36 tu … istam Romae legem rogato, nobis nostras ne ademeris. parad. 41 tu posse *servire* te dicito …, debere ne dixeris. SALL. Catil. 52, 12 sint sane … liberales ex sociorum fortunis, sint misericordes in furibus aerari: ne illi sanguinem nostrum largiantur. 52, 27 misereamini censeo …: ne ista vobis mansuetudo … in miseriam convortat. LIV. 45, 38, 8 gloria sit par illis viris L. Paulus, iniuria vestra ⟨ne⟩ exaequetur. TAC. ann. 3, 70, 2 sane lentus *Tiberius* in suo dolore esset: rei publicae iniurias ne largiretur. 11, 23, 4 fruerentur *alienigenae* sane vocabulo civitatis: insignia patrum … ne vulgarent.

**c** *condicionem (sc. tamquam in protasi; cf. usum pro apodosi e. g. p. 285, 60)*: PLAVT. Asin. 839 sq. ne dixis istuc, *sc. me maestum esse.* :: ne sic fueris: ilico ego non dixero.

**C** *accedit infinitivus (cf. Hofmann-Szantyr 366; vix huc trahas p. 318, 65)*: SORT. (CE 331) 2 credis, quod deicunt? non sunt ita; ne fore stultu(m).

**D** *accedit indicativus*: CHIRON 339 subito ⌊ne ei *equo* cibaria datur⌋ sed primo eum refrigera (⌊ ⌋ cave ne … detur *cod. Basil.*). ROMVL. fab. 58, 9 rec. vet. Venus … *gallinae* dixisse fertur: 'ne scalpes, quia tribuam tibi modium tritici'. PS. BASIL. ad fil. 7 l. 194 ne delectaberis (delecteris *var. l.*) pulchrarum vultibus feminarum. 19 l. 541 tu ne (nec *var. l.*) cunctaberis (-veris *var. l.*) ad paenitentiam converti.

**II** *solum et per se inducit enunt. secundarium. passim vox* ne *ponitur loco primo enunt. secundarii (strictius sub B quam sub A), secundo e. g. p. 295, 43. 64. 301, 60, tertio vel posteriore e. g. l. 68. p. 297, 2. 17; cf. l. 33.* ne *post verbum ponitur* VERG. georg. 1, 69 officiant laetis ne frugibus herbae. 2, 268 mutatam ignorent subito ne semina matrem. Aen. 3, 473 fieret vento mora ne qua ferenti. CVLEX 142 TIB. 1, 5, 5. *al.* *enunt. secund. postponitur enunt. primario passim (saepe continuo post verbum regens), anteponitur haud raro, e. g. p. 297, 10. 14. 300, 32, interponitur e. g. p. 297, 54. 300, 52. 302, 60; structura implicatiore pars tantum enunt. secund. anteponitur primario, tamquam res maioris momenti, cetera post verbum e. g. l. 70. p. 296, 34. 36. 50 (cf. etiam A2). verbum in enunt. secund. subauditur e. g. p. 297, 11. 302, 34sqq. 305, 67 et* CIC. Flacc. 103 nox … fausta huic urbi …, metuo, ne funesta nobis (*cf. e. g.* Att. 7, 25 *dedi* litteras tristis et metuo, ne veras). fam. 7, 25, 1 vereor, ne in catomum Catonianos. ad Q. fr. 2, 3, 2 nos quoque tum fugimus, ne quid in turba. *hic illic indicatio finis corrigitur, e. g.* CIC. Phil. 1, 14 non quo …, sed ne. off. 2, 62 non ne …, sed ut, *vel commentariolis instruitur (maxime sub B1bγ), e. g.* CIC. de orat. 1, 231 credo. BELL. Afr. 7, 4 ut arbitror. SALL. Catil. 16, 3 scilicet. *accedit coniunctivus passim, indicativus* CHIRON 471. 568 (*iuxta coni., ut* GREG. TVR. Franc. 6, 39). RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 5, 1 Orig. in Ios. 10, 3 p. 361, 10 AVG. in epist. Ioh. 2, 3 p. 1991. MVTIAN. Chrysost. hom. 7, 1 p. 285$^{in.}$ ne forte … confiditis **(***dub. an addas e. g.* VLP. dig. 12, 4, 5, 2 ne … damno adficietur [-atur *var. l.*]. VET. LAT. gen. 27, 45 *v. vol. IX 2, 923, 60***)**, *inf.* VET. LAT. II Cor. 2, 1 (cod. 75) statui … hoc ipsum …, ne iterum in tristitiam venire ad vos **(***gr.* τὸ μὴ πάλιν … ἐλθεῖν, cod. 89. *al. et* VVLG. ne … venirem; *multo magis dub.* act. 15, 38 [cod. 51] ne is … assumere [*gr.* τὸν ἀποστάντα … μὴ συμπαραλαμβάνειν, *cod. 50 et Vulg.* eum …, non debere recipi eum]**)**. TAB. devot. Audollent 218, 9 (*vix post saec. III*) adligate lingu⟨a⟩s horum …, ne adversus nos respondere. GREG. TVR. Iul. 15 p. 571, 6 satis … fuit, ne … aliquid ultra contingere (-ret*?*). *al.*

**A** *quo definitur, explicatur, quod in enunt. primario generaliter indicatur sim.* **(***saepe ponitur tamquam subst., ubi obi. acc. aut nom. exspectari potest; passim adest finis vel desiderium prohibendi, sed hic illic potius indicantur, describuntur facta, status sim., e. g. p. 297, 44sqq. et* PS. CYPR. aleat. 4, 2 ad Timotheum docendum …, ne quid deum fallat. PEREGR. Aeth. 19, 9 promiseras nobis, ne aliquis hostium ingrederetur civitatem**)**: **1** *usu communi*: **a** *pendet e verbis vel locut. verbalibus*: **α** *quibus ipsis vis quaedam negativa vel detrectandi, detestandi sim. inest (cf. 2b, e)*: (I) *metuendi, timendi, sollicitudinem habendi sim. (exempla selecta inde a* CIC.): PLAVT. Amph. 305 formido male, ne ego hic nomen meum commutem et Quintus fiam e Sosia (*al., v. vol. VI 1, 1096, 33sqq.; cf.* Bacch. 1078 magis curae est magisque adformido, ne is pereat neu corrumpatur). 307 metuo, ne numerum *prostratorum* augeam illum **(**Asin. 286 metuo, in commune ne quam fraudem frausus sit. Cas. 575 ne non. Pseud. 284 id. *et saepe.* TER. Eun. 140 id. 1080 neque istum metuas ne amet mulier [*nisi ad 2*]. Ad. 219. *al.* CATO orat. 119 *p. 319, 48.* TITIN. com. 107 LVCIL. 735 POMPON. Atell. 8. CRASS. or. frg. *p. 318, 37.* RHET. Her. 2, 11, 16. *et saepe***)**. Capt. 308 si … *iustum* habeam dominum, non verear, ne iniuste … mi imperet (Mil. 943. *al.* TER. Andr. 73 ne quid. Phorm. 325 hoc. 902 ne non. *al.* TVRPIL. com. 112 CORNELIA epist. frg. 2 VARRO Men. 471. *et passim*). Mil. 904 ne quid peccetis, paveo (*al., v. vol.*

[Breimeier]

(III) *c. verbis pers. tertiae*: Ⓐ *sentiendi, putandi, opinandi sim.*: Plavt. Men. 23 ego illos non vidi, ne quis vostrum censeat. Cic. inv. 2, 53 ne quis forte arbitretur nos non intellegere *eqs.* (Vatin. 34 Cvrt. 8, 4, 26. Plin. nat. 14, 52 ne quis. *al.*). Arch. 2 ne quis a nobis hoc ita dici forte miretur (Manil. 2, 577 ne sit mirandum, si *eqs.* Plin. nat. 9, 63 ne quis peregrinas aves Romae parere m. [11, 19. 193. *al.*]). de orat. 3, 195 illud ... ne quis admiretur (off. 2, 35 ne quis sit admiratus, cur *eqs.*). *al.* Lvcr. 6, 762 ianua ne pote eis Orci regionibus esse credatur, post *eqs.* (Sil. 11, 558 qui ne ... credat *eqs.*). Hor. ars 406 dictae per carmina sortes et vitae monstrata via est ..., ne forte pudori sit tibi ... cantor Apollo (*cf.* Stat. Theb. 5, 34 pudeat ne forte ... hospitis). Ov. met. 9, 248 ne (nec *var. l.*) pectora vano fida metu paveant, Oetaeas spernite flammas (*nisi ad IB*). Liv. 1, 28, 5 ne vos falsa opinio teneat, iniussu meo Albani subiere ad montes. 1, 53, 7 ne errarent, manere iis bellum. 3, 10, 13 ne quid aliud actum putent (Sen. contr. exc. 3, 9, 1 ne quis illum displicuisse domino putet, tunc *eqs.* [suas. 7, 6. Plin. nat. praef. 18 vestrum. 18, 333 forte. *al.*]). 44, 37, 6 nocte proxima, ne quis id pro portento acciperet, ... lunam defecturam esse. Manil. 4, 573 ne velit (*Jacobs,* neve sit *trad.*) et primos animus procedere Pisces, garrulitas odiosa datur *hoc die natis.* Sen. contr. 1, 2, 20 ne qua posset (potest *fere trad.,* possit *cod. rec.*) esse vobis dubitatio *eqs.* (*nisi ad* γ). *al.* Ⓑ *quibuslibet* (*saepe dicendi, scribendi sim.; fort. huc* Plavt. Pseud. 1267): Plavt. Truc. 554 hoc qui sciam, ne quis id quaerat ..., domi est ... amator. Cic. Catil. 3, 10 ne longum sit. Hor. ars 176 multa ferunt anni venientes commoda secum, multa recedentes adimunt, ne forte seniles mandentur iuveni partes pueroque viriles (*vix ad a*). Ov. epist. 20, 241. met. 13, 271 ne (nec *var. l.*) communia solus *Aiax* occupet ..., reppulit Actorides ... Troas *eqs.* Val. Max. 5, 3 ext. 1 ne nostra confessis alienigenae urbes insultent, Carthaginienses *eqs.* Cels. 8, 1, 21 ne saepius dicendum sit, illud ignorari non oportet *eqs.* (*item* saepius: Plin. nat. 18, 187 ne eadem s. dicantur. 28, 182. *ceterum*: S. C. Maced. [dig. 14, 6, 1 pr.] ne quid amplius diceretur. Tert. ieiun. 4, 1 ne quis ... dicat). Colvm. 5, 3, 9 ne in infinitum procedat disputatio nostra. *al.*

**β** *inducit id, quod aliquis non prohibere temptat, sed ad quod, si quidem fiat, paratus esse vult sim., ita ut saepe potius metus quam finis indicetur* (*cf. p. 295, 24 sqq.; verbum subauditur l. 75; accedit* forte *l. 74. p. 304, 12 sqq. 20 et saepe,* forsitan *p. 304, 29,* quando *p. 304, 28*): Ⓘ *exempla varia selecta:* c. *verbis videndi, scrutandi sim.* (*cf. p. 313, 55 sqq.*): Plavt. Cas. 886 respecto identidem, ne senex ⟨...⟩ (Men. 161). Mil. 955 circumspice dum, ne quis nostro hic auceps sermoni si⟨e⟩t ([*nisi ad p. 314, 3, ut fort.* 1137. *al.*]. Rud. 1168 non circumspexi centiens prius me, ne quis inspectaret, quam rete extraxi. Trin. 146 Varro rust. 2, 4, 14. *al.*). Ov. ars 1, 158 respice ..., post vos quicumque sedebit, ne premat ... *puellae* terga genu. Sen. Herc. O. 1139 partem in omnem, Iuppiter, specta poli, ne (nec *var. l.*) quis Gyges Thessalica iaculetur iuga *eqs.* Pallad. 1, 38, 2 speculemur deinde per triduum, ne omne ianuas suas egrediatur examen (*ex Colum. 9, 8, 4, ubi* numquid). Chiron 570 scrutabis foramina, ne quid ulterius ... sinus factus fuerit (*inde sim.* Veg. mulom. 2, 43, 1). *al.* c. *verbis variis*: Cic. Verr. II 1, 46 verbum ... facere *de signis raptis* non audebant, ne forte ea res ad ... *propraetorem* ipsum pertineret. Att. 13, 51, 1 nec id fuit ..., ut me puderet tui, ⌊ne ridicule Micyllus⌋ (*sc. viderer; v.* *Shackleton Bailey ad l.*). fam. 2, 6, 1 grave est ... homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet, ne ... exigere ... videatur. Ov. Pont. 1, 1, 6 publica non audent *libelli* intra monimenta venire, ne suus hoc illis clauserit auctor iter. Liv. 2, 16, 2 adversus eos *Sabinos* et, ne quid simul ab Tusculo ... repentini periculi oriretur, ... *idem* iterum consules facti. 3, 17, 12 consules ..., ne Sabini neve Veiens hostis moveretur, circa ... muros ... discesserant. 3, 22, 3 ut *consul* Romae praesidio esset, ne qua pars hostium ... ad populandum veniret. 28, 3, 11 scuta prae se tenentes *oppidani,* ne tela procul conicerentur. Qvint. decl. 385, 6 hunc, antequam daret ... potionem, ne quid noceret, priorem bibisse. Tert. apol. 35, 5 velim ... in hac quoque religione ... veritatem vestram demonstrare, ne forte et istic deteriores Christianis deprehendantur, qui *eqs.* ieiun. 17, 5 ieiunemus ..., ne forte cras moriamur. Vet. Lat. III reg. 18, 27 (Lucif. Athan. 1, 17 l. 28) invocate *Baal* in voce magna pariter, ne forte occupatus sit vel dormiat ipse (*gr.* μήποτε ... ἢ μήποτε, *cf. Vulg.* forsitan ... aut certe). *al.*



(II) *audaciora quaedam*: Ⓐ *metuitur non id, quod per* ne *inducitur, sed ne actio conveniens neglegatur, praetermittatur* (*ita ut* ne *saepe optanda inducat*): Lvcan. 9, 52 Cornelia nautas ... tenuit, ne (si *Adnot. 9, 53*) forte ... remearet in aequora truncus *Pompei mortui.* Tert. orat. 26, 1 fratrem domum tuam introgressum ne sine oratione dimiseris ..., maxime advenam, ne angelus forte sit. Vet. Lat. Esth. 4, 7 (cod. 130) leva te, ne forte possimus laborare pro ... patria (*cod. 151. al.* si, *109* ut si). I Macc. 9, 8 (rec. B) ascendamus contra inimicos nostros, ne forte possimus adversum eos (*gr.* ἐὰν ἄρα, *recc. L, V* si). II Tim. 2, 25 (cod. 75, *sim.* 77) *servum domini oportet esse* cum [in]modestia corripiente⟨m⟩ eos, qui resistunt, ne forte det illis deus paenitentiam ... et resipiscant ([*gr.* μήποτε, cod. 78. *al. et* Vvlg. ne quando]. *cf.* Firm. err. 28, 12 indignationem suam ... deus ... suspendit, ne vos forsitan peccare paeniteat, ne *eqs.* Lvcif. non parc. 17 l. 27 accipe adhuc, quae scripta sunt, ne forte possit ... cor tuum aliquando ad videndam adduci veritatem. Avg. epist. 93, 10 ne forte ... ad gregem ... *oves* revocandae sint, temperata severitas ... servatur. *al.*). Chiron 10 aquam ostendis, ne bibere velit (*inde Veg. mulom. 1, 22, 7* ut, si voluerit, bibat). Clavd. Don. Aen. 2, 755 p. 250, 3 ('inde domum, si forte pedem, si forte tulisset') a porta, inquit, perrexi ad domum, ne illo se forsitan contulisset. *al.* Ⓑ *fere vi condicionali* (*exempla potiora*): Marcell. med. 8, 5 *collyrium,* ne prima tunicula oculi exesa ... sit ..., diluitur ovi albo (*Scrib. Larg. 24* cum). Soran. p. 77, 10 *fit partus difficilis,* si ... corpore ... universo vel partibus impediatur, universo, ut sit multum gracilis ..., partibus autem, ne forte eadem matrix in fervore sit. Hist. Apoll. rec. B 29 ne (si *Riese*) casu hospites tui ... aliquam tibi iniuriam faciant, perveni (*imperat.*) ad forum (*rec. A* si quando ... forte). Greg. M. epist. 10, 19 l. 27 studii ... sit etiam alium ... providere, ut, ne forte ... hic non videatur idoneus, sit in quo se vestra declinare possit electio.

**γ** *inducit finem ipsis agentibus alienum, a scriptore, locutore suppositum sim.*: Ⓘ *fere ironice* (*sc. agentes per se finem alium nullumve sequuntur; exempla certiora; utrum perversitas, quae deorum actionibus tribuitur, huc pertineat, interdum incertum, e. g.* Dom. Mars. carm. frg. 7, 3 *Vergilium et Tibullum* Mors ... campos misit ad Elysios, ne foret, aut ... qui fleret amores aut *eqs.* Plin. nat. 7, 18): Ⓐ *exempla varia* (*selecta inde a* Liv.): Cic. S. Rosc. 91 a quibus miror, ne quod iudiciorum esset vestigium, non subsellia quoque esse combusta. Q. Rosc. 20 qui idcirco ... superciliis semper est rasis, ne ullum pilum viri boni habere dicatur. de orat. 1, 231 pedem nemo in illo iudicio supplosit, credo, ne Stoicis renuntiaretur. *al.* Bell. Alex. 24, 3 *Ptolomaei* animus disciplinis fallacissimis eruditus, ne a gentis suae moribus degeneraret, flens orare ... Caesarem coepit, ne *eqs.* Sall. Catil. 16, 3 *Catilina,* si causa peccandi ... minus suppetebat, nihilo minus ... iugulare; scilicet ne per otium torpescerent manus aut animus, gratuito potius malus ... erat. Svlpicia Tib. 3, 16, 2 multum ... tibi de me permittis, subito ne male inepta cadam. Ov. epist. 4, 61 (*Phaedra Hippolyto*) ne forte parum Minoia credar, in socias leges ultima gentis eo (*cf.* 8, 81 ne non Pelopeia credar, ecce Neoptolemo praeda parata fui *Hermione*). fast. 6, 464 interdum miscentur tristia laetis, ⌊ne populum toto pectore festa iuvent⌋ (nec ... iuvant *var. l.*). Ib. 217 lux ... natalis, ne quid nisi triste videres, turpis et ... atra fuit. *al.* Liv. 3, 21, 4 quia plebs senatus consultum ... solvit, ipsi quoque solutum vultis, ne temeritati multitudinis cedatis. 7, 27, 1 ne nimis laetae res essent, pestilentia civitatem adorta coegit *eqs.* 8, 10, 10 Decii corpus ne eo die inveniretur, nox quaerentes oppressit. 10, 6, 3 tamen, ne undique tranquillae res essent, certamen iniectum inter primores civitatis ... ab tribunis plebis. 44, 44, 1 consulem ..., ne sincero gaudio frueretur, cura de minore filio stimulabat. Rvt. Lvp. 1, 13 ne suum maleficium tacitum lateret. Sen. suas. 2, 5 in hoc restitimus, ne in turba fugientium lateremus? Vell. 2, 67, 3 ne quid ulli sanctum relinqueretur, ... Antonius ... avunculum, Lepidus ...

[Breimeier]

fratrem proscripserant. Val. Max. 2, 2, 3 senectutem tuam, *Mari, ... graeca* facundia politiorem fieri noluisti, credo, ne ... patrii ritus serus transfuga existeres. 8, 13 ext. 7 *Xenophon quendam* regem octingentis vitae annis donavit ac, ne pater eius parum benigne acceptus videretur, ei quoque sescentos adsignavit annos. 9, 2, 1 *Sulla* proscriptionis edicto iugulatos in tabulas publicas rettulit, videlicet ne memoria tam praeclarae rei dilueretur. Sen. Thy. 891 ne quid obstaret *sceleri meo* pudor, dies recessit. Cvrt. 6, 3, 13 *Bessus Dareum,* ne a nobis conservari posset, occidit. Lvcan. 3, 296 acciperet felix ne non semel omnia Caesar, vincendum pariter Pharsalia praestitit orbem. 6, 130 ne quid victoria ferro deberet, pavor attonitos confecerat hostes. Petron. 88, 9 senatus ..., ne quis dubitet pecuniam concupiscere, Iovem ... peculio exornat. Plin. nat. 9, 122 *p. 319, 36.* 15, 105 ne quid non hominis ventri natum esse videatur, miscentur sapores *eqs.* 28, 6 primus ea *remedia nefanda* condidisti, credo, ne ⟨tui⟩ vita oblivisceretur. 33, 22 ne quis signandi causam in anulis esse intellegeret, *luxuria* solidas *gemmas* induit. *al.* Ⓑ *actio fieri dicitur vitandae absentiae, paucitatis causa*: Pvblil. sent. H 16 homo, ne sit sine dolore, fortunam invenit. Verg. Aen. 8, 205 *p. 320, 53.* Ov. epist. 17, 34 (*Helena Paridi*) Thesea paenituit, Paris ut succederet illi, ne quando nomen non sit in ore meum? met. 6, 539 quin animam hanc, ne quod facinus tibi ... restet, eripis? 9, 735 ne non tamen omnia Crete monstra ferat, taurum dilexit filia Solis *eqs.* 10, 468 forsitan ... 'filia' dixit *pater,* dixit et illa 'pater', sceleri ne nomina desint (Liv. 21, 22, 3. 27, 3, 1 ne deesset materia in Campanos saeviendi, novum ... per indicium protractum est facinus. Vell. 2, 26, 2 ne quid usquam malis publicis deesset, ... certabatur sceleribus. Sen. Phoen. 513 *p. 319, 68.* benef. 7, 10, 2 ferrum ex isdem tenebris esse prolatum, quibus aurum ..., ne aut instrumentum in caedes mutuas deesset aut pretium. *al.*). trist. 1, 2, 17 venti, ne causa laedar in una, velaque nescio quo votaque nostra ferunt. 5, 13, 4 aeger ... traxi contagia corpore mentis, libera tormento pars mihi ne qua vacet (Liv. 7, 1, 7 et ab seditione et a bello quietis rebus, ne quando a ... periculis vacarent, pestilentia ingens orta. Sen. Herc. f. 17). Pont. 4, 4, 26 purpura ... *amicum* summi velabit honoris, ne titulis quicquam debeat ille suis. Nvx 70 pertica dat plenis inmitia vulnera ramis, ⌞ne possim⌟ lapidum verbera sola queri (⌞ ⌟ *v. app. crit.*). Liv. 10, 1, 4 tamen, ne prorsus inbellem agerent annum, parva expeditio in Vmbria facta est, quod nuntiabatur *eqs.* Sen. suas. 1, 13 *Musa* dixit ... portentum: '...' et, ne in una re semel insaniret: '...'. Sen. Phoen. 271 in thalamos meos deducta mater, ne parum sceleris foret, fecunda (Qvint. decl. 344, 14 ne p. sit has iniurias intulisse. *cf. p. 304, 62*). Lvcan. 7, 797 ne laeta furens scelerum spectacula perdat *Caesar,* invidet igne rogi miseris. *al.*

(II) *ut assumptio, explicatio quaedam necessario facta esse intellegatur per contrarium refutatum (sc. figurate cogitationes de natura, vita sim. tamquam eius dispositio sim. describuntur; exempla selecta)*: Cic. fin. 2, 77 mihi quidem eae verae videntur opiniones, ... quae in omni coetu ... profitendae sint, ne id non pudeat sentire, quod pudeat dicere. Tusc. 1, 41. Lvcr. 1, 673 aliquid superare necesse est incolume ollis (*i. quae sunt sim.*), ⌞ne tibi res redeant ad nilum funditus omnes⌟ de nihiloque renata vigescat copia rerum (⌞ ⌟ *item* 1, 797. 2, 864. *cf.* ne res ad n. redigantur f. o.: 1, 791. 2, 752). 1, 780 primordia gignundis in rebus oportet naturam clandestinam ... adhibere, emineat ne quid, quod *eqs.* 2, 244 paulum inclinare necessest corpora, nec plus quam minimum, ne (nec *var. l.*) fingere motus obliquos videamur et id res vera refutet. Apvl. Socr. 9 *p. 313, 49.* Novatian. trin. 2, 5 *deus* maior est ... mente ipsa nec cogitari possit, quantus sit, ne ... mente humana minor sit. Hil. trin. 6, 50 Avg. divers. quaest. 4. Boeth. trin. 3 l. 121 M. deus ... a deo nullo differt, ne vel accidentibus vel substantialibus differentiis in subiecto positis distent. *al.*

**2** *modus, restrictio vel effectus actionis in enunt. primario indicatae, sc. fere vi consecutiva* (*saepe post iussum, hortatum, permissum sim.; haud raro effectus actionis simul finis, consilium est; vis consec. planius elucet sub b, praecipue p. 306, 56sqq., ceterum e. g. p. 306, 29. 34. 41. 48; saepe apud rerum artiumque scriptores, in sermone iuris e. g. l. 69. p. 306, 20*):
**a** *indicatur, quatenus actio enunt. primarii agenda sit, quid, cum agitur, tamen vitandum sit*: **α** *c. locut. praepar.*: ita (*cf. p. 306, 22 sqq.*): Plavt. Bacch. 224 *miles* veniat, quando volt, atque ita, ne mihi sit morae. Curc. 29. 704. Trin. 343 ut ita te aliorum miserescat, ne tis alios misereat. Ter. Haut. 783. Phorm. 768 ita fugias, ne praeter casam, quod aiunt (*v. Otto, Sprichw. n. 353*). Pvblil. sent. A 54. I 32 (ut ne *Bothe*). Lex Falcid. (dig. 35, 2, 1 pr.). Hor. ars 227. *al.* *qualibet*: Plavt. Amph. 169 assiduo satis superque est, quo⟨d⟩ facto ... ade⟨o⟩st opus, quietus ne sis *servus divitis.* Cato agr. 32, 1 arbores hoc modo putentur, rami uti divaricentur ... et ne nimium crebri relinquantur (Qvint. inst. 6, 3, 34 lacessat hoc m. ..., ne ... inimicitiae graves insequantur). Cic. Quinct. 59 *Quinctius* inferiorem esse se patitur, dumtaxat usque eo, ne ... *inimici* crudelitati ... dedatur (*cf. p. 306, 34*). Att. 5, 4, 2 curandus *mihi est* ... hactenus, ne quid *eqs.* (*al., v. vol. VI 3, 2751, 38sqq.*). Hor. ars 152 ita mentitur, sic veris falsa remiscet, primo ne medium, medio ne discrepet imum (Ov. epist. 19, 88. Cels. 3, 23, 5 sic tamen, ne *eqs. et saepe; cf. l. 31*). Cels. 5, 28, $2^{F}$ temptanda squama aeris est ... eatenus, ne quid eminere patiatur (*al., v. vol. V 2, 2, 70sqq.*). **β** *sine locut. praepar.*: Plavt. Merc. 146 an boni quid usquam est, quod quisquam uti possiet sine malo omni, aut ne laborem capias, cum illo uti voles? Mil. 1208 impetrare, ut abiret *meretrix,* ne (nec *Salmasius*) te *servum* abduceret. Cato agr. 161, 1 areas facito, ut possis dextra sinistraque sarire ..., ne calcetur. Cic. fin. 2, 64 utebatur ... vino et ad voluptatem et, ne noceret. Varro ling. 9, 105 dum, 'sacrifico' qui dicat, servet 'sacrificabo' et sic per totam formam, ne dicat ... 'sacrificatus sum'. Ov. trist. 2, 336 divitis ingenii est inmania Caesaris acta condere, materia ne superetur opus. Cels. 3, 14, 2 *remedia* per triduum, id est tertio die et quinto et septimo temptare, ne (nec *var. l.*) vinum nisi post accessionem die septimi bibat. 6, 18, $2^{G}$ in aeneo vaso leniter cocuntur, ne superfluant. 7, 7, $4^{C}$ excidenda (⟨sic⟩ e. *Lindenus*) ea membranula, ne quid ex angulo *oculi* laedatur. Colvm. arb. 3, 5 quam saepissime fodiantur *sarmenta,* ferro ne tangantur. Plin. nat. 23, 20 *labruscam* ad expuitionem sanguinis ... adhibent, non ultra gargarizationes et, ne quid devoretur. *al.* (*in sermone iuris e. g.* CIL VI 10219, 7 [*saec. I*]. Vlp. dig. 18, 7, 1).

**b** *cetera exempla*: **α** *c. locut. praepar.*: ita: Plavt. Capt. 738 hunc ... ita curarier, ne qui deterius huic sit, quam quoi pessume est. Most. 390 ita patrem faciam tuom, non modo, ne intro eat, verum etiam, ut fugiat. Cato agr. 3, 1. Cic. Att. 6, 3, 9 moderabor ita, ne quid eum offendam. Caecin. Cic. fam. 6, 7, 6. Sall. Iug. 14, 18 Masinissa nos ita instituit ..., ne quem coleremus nisi populum Romanum, ne *eqs.* (Pavl. Pell. euch. 90). Alf. dig. 19, 2, 29. *et saepe.* *qualibet*: Varro rust. 2, 4, 14 haram facere ... ea altitudine ..., ne, dum *sus* exilire velit praegnax, abortet (Hil. trin. 8, 11 in ea fuit infirmitate, ne *eqs.* 9, 66). Tib. 1, 4, 2 sic ... tibi contingant tecta ..., ne capiti soles ne noceantque nives (Sen. contr. 2, 7, 3 Sen. benef. 1, 10, 1. *al.; cf. l. 2*). Liv. 26, 24, 16 Philippum ... satis implicatum bello finitimo ratus, ne Italiam ... posset respicere. Lvcan. 7, 406 Romam ... cladis eo dedimus, ne ... bellum iam possit civile geri (Mart. Cap. 7, 767 eo ventum est, ne *eqs.*). *al.*

**β** *sine locut. praepar.*: Ⓘ *in rebus, actionibus animantium*: Plavt. Asin. 319 si ... omnes ... cruciamenta conferant, habeo ... familiare tergum, ne quaeram foris (*cf.* Aul. 358 sunt asseres *hic*? :: sunt pol. :: sunt igitur ligna, ne quaeras foris). Epid. 283 amota ei fuerit omnis consultatio nuptiarum, ne[c] gravetur, quod velis. Men. 429 *palla reconcinnata* ignorabitur, ne uxor cognoscat te habere, si ... conspexerit. Rhet. Her. 1, 9, 16 veri similis narratio erit, ... si spatia temporum ... constabunt, ne refelli possit aut temporis parum fuisse *eqs.* 4, 56, 69 *diligenti exercitio* gravitatem ... habere ... poteris, ut oratorie plane loquaris, ne nuda ... inventio ... efferatur. Cic. off. 1, 133 *vocis* sonus erat dulcis, litterae neque expressae neque oppressae, ne aut obscurum esset aut putidum. Lvcr. 2, 888 quid id est, animum quod percutit ..., ex insensilibus ne credas sensile gigni? Bell. Afr. 40, 1 *villa* Labieni prospectum impediebat, ne posset animum advertere *eqs.* Varro rust. 1, 15 fines praedii sationis notis arborum tutiores fiunt, ne familiae rixent[ur] cum vicinis *eqs.* Ov. met. 2, 75 poterisne ... obvius ire polis, ⌞ne te citus auferat⌟ axis? (⌞ ⌟ nec ... auferet [-rat], ne ... auferet *var. ll.*). Liv. 8, 35, 10 in oculis exemplum erat Q. Fabius M. Valerio legato, qui castris praeerat, ne quam vim hostium magis quam trucem dictatoris iram timeret. 33, 19, 6 in tempore Punicum bellum terminatum erat, ne simul et cum Philippo foret bellandum (*nisi ad 1bγ*). *al.* (II) *in rebus, actionibus naturae, corporis hominum sim.*: Lvcr. 2, 255 si ... nec declinando faciunt primordia motus principium quoddam, quod fati foedera rumpat, ex infinito ne causam causa sequatur ..., unde est ... voluntas *libera*? (*nisi ad p. 305, 42sqq.*). 4, 351 caliginis aer ... insequitur, qui ... obsidit ... vias oculorum, ne simulacra possint ... rerum ... moveri. 4, 721 illis *primordiis* exitus ex oculis liber datur, in remorando laedere ne (non *var. l.*) possint ... lumina. 4, 874 vaporis corpora ... liquor ... restinguit ..., urere ne possit calor amplius aridus artus. Verg. georg. 1, 92 seu *calor* ... venas *herbarum* adstringit hiantis, ne ... frigus adurat. 2, 483 sin, has ne possim naturae accedere partis, frigidus obstiterit circum praecordia sanguis. Liv. 5, 33, 11 quos *Raetos* loca ipsa efferarunt, ne quid ex antiquo ... retinerent. Scrib. Larg. 122 p. 64, 27 *medicamentum* et in praesentia dolorem tollit et in futurum remediat, ne umquam repetat. Mela 3, 22 ea, quibus ante ripae collesque, ne cernerentur, obstiterant. Plin. nat. 22, 111 asperitas ... animae dulciore suco mitigatur lenito transitu spiritus et molliore facto meatu, ne scindat euntem redeuntemque. Ps. Lact. Plac. fab. Ov. 15, 2 quod *capri* vitem maturam praecerpere assuevissent, ne fructus crescerent. Mart. Cap. 7, 770. *al.*

**3** *vergit in notionem auctam, ut sit fere i. q. nedum*: **a** *c. verbis censendi, arbitrandi, admirandi sim.* (*sublucente usu sub 1bα illustrato,*

[*Breimeier*]

*quo finis affertur non actionis in enunt. primario descriptae, sed actionis narrandi sim.*): Plavt. Amph. 330 vix incedo inanis, ne ire posse cum onere existimes. Mil. 1274 ut tremit *mulier* …, postquam te aspexit! :: viri quoque armati idem istuc faciunt, ne tu mirere [melius] mulierem (Cic. Planc. 27). Ter. Andr. 706 dies hic mi ut satis sit vereor ad agendum, ne vacuom esse me nunc ad narrandum credas **(**[Don. ne pro nedum; aut adverbium prohibentis, ut sit ne non]. Apvl. apol. 66, 8 hoc ego Aemiliano … vix credidissem, ne huic frutici credam … intellectum inesse**)**. Cic. Verr. II 4, 52 homines *in bello scuta conquisita* inviti dant …, ne quem putetis *in pace* sine maximo dolore argentum … protulisse. Plin. nat. 17, 72 non omittendo naturae miraculo e tam parvo *semine* gigni arbores, tanto maiore tritici et hordei grano, ne quis fabam reputet. Apvl. apol. 39, 4 *Ennius pisces* multis versibus decoravit … nec tamen ab eruditis reprehenditur, ne ego reprehendar, qui res paucissimis cognitas … conscribo. **b** *c. verbis quibuslibet* (*hic illic sublucente vi consec. sub 2 illustrata; verbo subaudiendo l. 20*): Plavt. Aul. 434 utinam mea … auferam … salva; me haud paenitet, tua ne expetam. Cic. dom. 139 si *peritissimus pontifex* … dedicationi praefuisset, tamen in scelere religio non valeret, ne valeat id, quod imperitus adulescens … fecisse dicatur. fam. 9, 26, 2 me … nihil istorum ne iuvenem quidem movit umquam, ne nunc senem. Sall. Catil. 11, 8 secundae res sapientium animos fatigant, ne (nedum *var. l.*) illi *milites* conruptis moribus victoriae temperarent (*agnoscit exemplum* e contrario *dictum* Sacerd. gramm. VI 469, 8, *vim adversativam, ut sit i. q. saltem,* Prisc. *p. 283, 54, vim affirmativam, ut ad* 2. ne *pertineat,* Dosith. gramm. 56, 6). hist. frg. 2, 109 ne illa tauro paria sint (*contextus deficit, sed explicat* Don. Ter. Andr. 706, 2 pro nedum). Liv. 3, 52, 9 novam inexpertamque eam *tribuniciam* potestatem eripuere patribus nostris, ne nunc dulcedine semel capti ferant desiderium. Tac. ann. 11, 30, 2 (*Narcissus ad Claudium*) nec nunc adulteria obiecturum ait, ne (nedum *Halm*) domum, servitia … reposceret. ?**c** *pendet enunt. secund.* ut (*c. indicat. l. 32*): Plavt. Cas. 1002 si umquam posthac aut amasso Casinam aut occepso modo, ne ut eam amasso, si … posthac tale admisero. Truc. 192 si illud, quod volumus, dicitur, palam cum mentiuntur, verum esse … credimus, ne ⌞ut iusta utamur⌟ ira (⌞ ⌟ *Bücheler*; vias utamur *cod. A,* ut inestu mutuamur *sim. cett.*). Apvl. flor. 16, 46 quae mihi ne in mediocribus quidem civitatibus umquam defuere, ne ut Carthagini desint.

**III** *accedit ad coniunctiones vocesve similes, quibus inducuntur*: **A** *enunt. secund.; iunctura*: **1** ut (…) ne **(**quo … ut … ne *p. 308, 51*; ne … ut *c. indicat.* Inscr. Année Épigr. 2007 n. 618 [*saec. II/III*]; *inter* ut *et* ne *voces intercedunt e. g. l. 48. 52 sq. p. 308, 8. 9.***)** *inducit enuntiatum*: **a** *quo definitur, explicatur, quod in enunt. primario generaliter indicatur sim.* (*cf. IIA*): **α** *enunt. secund. pendet e verbis vel locut. verbalibus*: (I) *imperandi, constituendi, orandi, rogandi sim.*: Plavt. Amph. 388 obsecro, ut per pacem liceat te alloqui, ut ne vapulem **(**[*nisi ad bα*]. Poen. 395. Ter. Andr. 327 ut ne ducas *uxorem* [Don. *ad l.* 1 sufficeret dixisse 'ne ducas']. 899 hoc …, ut ne [Don. *ad l.* 1 pro ut non]. Cic. div. in Caec. 14. *al.***)**. Mil. 185$^a$ *p. 316, 22.* 1050 quid … tibi vis …? :: ut … eam ne spernas. Persa 110 ecquid meministin …, qua de re … mentionem feceram? :: memini: ut murena et conger ne calefierent. Poen. 888. Rud. 634 te … oro et quaeso …, ut te ne pigeat *eqs.* (Ter. Andr. 834 Eun. 956 Cic. Att. 3, 27. *al.*). Enn. frg. var. 66 *filiae* suadent Saturno, uti de regno ne (non *var. l.*) concedat fratri. Cic. Verr. II 3, 114 ut … peteret, ut … ne *eqs.* (*al., v. vol. X 1, 1974, 67 sqq.*). p. red. in sen. 11 legem … tulit, ne auspiciis obtemperaretur …, ut lex Aelia … ne valeret (Sest. 33. Ascon. Corn. p. 61, 12 hanc …, ut, quem populus damnasset …, in senatu ne esset. *cf.* Gell. praef. 20 eandem *l.* … dabo, ut … ne). de orat. 1, 215 *non* est interdictum …, ut singulis hominibus ne amplius quam singulas artes nosse liceat (*nisi ad IV*). rep. 2, 63 haec *conubia* illi *decemviri* ut ne plebei cum patribus essent, … lege sanxerunt (Plin. paneg. 37, 6 sanxit, ut, quod … ex liberorum bonis pervenisset ad matrem …, eius vicesimam ne darent). ad Brut. 22, 2. *al.* Alf. dig. 19, 2, 30, 4 nec id pactum esse, ut, si aliquis domesticus eam *villam* incendisset, ne praestaret *colonus* (*sim.* Gell. 1, 25, 16 pactum … fit, ut ante eum diem ne pugnetur atque *eqs.*). Nep. Them. 7, 3 ut ne prius … quam. Calp. ecl. 2, 8 *pro pignore certaminis* placet, hic ut vellera septem, ille sui victus ne messem vindicet horti. Tac. hist. 4, 58, 6 *vos* precor venerorque, ut, si vobis non fuit cordi … haec castra … servari, at certe pollui … a … Classico ne sinatis. *al.* *accedit* qui(s) *sim.*: Plavt. Aul. 258 convenisse, ut ne quid dotis mea ad te afferret filia. Bacch. 750 istis ad istunc … conscriptis modum, ut tibi ne quid credat atque ut *eqs.* Enn. frg. var. 70 pactus est *Titan* cum Saturno, uti, si quid liberum … ei natum esset, ne ⌞quid⌟ educaret (⌞ ⌟ *om. pars codd.*). Cic. Phil. 2, 32 scribam ad illos, ut, si qui forte … quaerent, sitne verum, ne cui negent (Rvt. Lvp. 1, 19 ut ne quis). off. 1, 70 his … propositum fuit …, ut ne qua re egerent, ne cui parerent, libertate uterentur. Att. 1, 14, 5 senatus … decernebat, ut ante … ne quid ageretur (Gell. 2, 6, 18 decretum est, uti nomen eius … ne quis ullo in tempore nominaret). *al.* (II) *cavendi, parandi, curandi sim.*: Plavt. Most. 423 facturum ⟨me⟩, ut ne etiam aspicere aedis audeat (Cic. Verr. I 25). Cato agr. 1, 1 praedium quom parare cogitabis, sic in animo habeto, uti ne cupide emas neve opera tua parcas visere et ne satis habeas semel circumire. S. C. Suet. rhet. 25, 1 ut … praetor … curaret …, uti Romae ne essent *rhetores.* Cic. de orat. 1, 168 *id* petitoris causa comparatum esse …, ut … petitor … ne exceptione excluderetur '…'. fam. 10, 12, 5 perfice, ut ne minus res publica tibi quam tu rei publicae debeas. ad Q. fr. 3, 2, 3 opera datur, ut iudicia ne fiant. *al.* Liv. 45, 23, 4 hoc … consecuti sumus, ut ⌞ne ab utraque⌟ parte gratiam iniremus, ab altera … crimen … esset (⌞ ⌟ ab neutra *Gronovius*). *al.* *accedit* qui(s) *sim.*: Plavt. Bacch. 533 impetravi, ut ne quid ei suscenseat. Men. 1100 promeruisti, ut ne quid ores …, quin impetres. Cic. rep. 1, 38 neque hoc polliceor me effecturum, ut ne qua particula in hoc sermone praetermissa sit (Val. Max. 8, 14, 3 quo effectum est, ut ne quis dubitaret, quin *eqs.*). off. 1, 20 iustitiae primum munus est, ut ne cui quis noceat nisi *eqs.* Att. 1, 20, 7 enitere …, ut scida ne qua depereat. fam. 10, 14, 2 in illam … curam incumbe …, ut ne quae scintilla … belli relinquatur. ad Q. fr. 1, 1, 38 caveamus …, ut ne quod in nobis insigne vitium fuisse dicatur. *al.* (III) *quibuslibet*: Plavt. Bacch. 751 potin, ut cures te atque ut ne parcas mihi? **(**Cist. 465 potin ut mihi molestus ne sis? Epid. 63. *al.; sim.* Pseud. 633 potest, ut alii ita arbitrentur et ego ⌞ut⌟ [*om. A*] ne credam tibi. *cf.* Ter. Andr. 699 si poterit fieri, ut ne *eqs.* [Don. *ad l.* 1 ut ne …: ut non]**)**. Trin. 105 *haec* merito ut ne dicant, id est *mihi in manu.* Ter. Haut. 468. Cic. Tusc. 1, 78 *quidam* non dant, ut, cum diu permanserit *animus,* ne intereat. fam. 11, 7, 2 caput … est hoc …, ut ne … auctoritatem senatus exspectes …, ne *eqs.* *accedit* qui(s) *sim.*: Ter. Andr. 61 id … adprime … esse utile, ut ne quid nimis (*confert* μηδὲν ἄγαν Avson. 26, 155 [304, 9 S.]. *v. Otto, Sprichw. n. 1229 et* Don. *ad l.* 4 deest 'agas', ut sit: ne q. n. a.). Ad. 626 fieri potis est, ut ne qua exeat *res occulta. al.* Cic. inv. 2, 10 ne … illud amittamus …, ut ne cui rei temere … assenserimus. off. 1, 31 referri … ad … fundamenta iustitiae, primum, ut ne cui noceatur, deinde, ut *eqs.* Att. 8, 12, 1. Mod. dig. 1, 18, 18 plebi scito continetur, ut ne quis praesidum … donum caperet nisi *eqs.*

**β** *enunt. secund. pendet e subst. vel adv.*: Lex colleg. Aesc. et Hyg. (CIL VI 10234; *a. 153*) 5 Marcellina collegio … donavit *pecuniam* … sub hac condicione, ut ne plures adlegantur quam numerus s(upra)s(criptus) **(**Gaivs inst. 1, 27 venire iubentur ea c., ut ne in urbe Roma … serviant neve *eqs.* Pavl. dig. 49, 14, 45, 6 hac c. …, ut is … ne utatur [ne *om. F*]**)**. Gaivs inst. 2, 49 quod … dicitur furtivarum rerum … usucapionem … prohibitam esse, non eo pertinet, ut n⟨e ipse fur⟩… usucapere ⟨po⟩ssit …, sed nec *eqs.* Scaev. dig. 45, 1, 135, 3 ea lege donatum sibi esse a Seia servum …, ut ne ad fratrem eius … perveniret.

**b** *quo additur*: **α** *consilium vel finis*: (I) *exempla quaelibet* (*selecta inde a* Cic.): Plavt. Amph. 127 servi sumpsi … mihi *Mercurio* imaginem …, ut praeservire … possem patri atque ut ne, qui essem, familiares quaererent. Asin. 635 *argenti minas* adulescens … ipsi *lenae* daturus dixit, ut hanc ne quoquam mitteret nisi ad se. Aul. 648 (*antea p. 289, 17*) quam benigne (*sc. dicis sim.*), ut ne abstulisse intellegam. Capt. 267 *tonsor cuidam* ne id quidem involucrum inicere voluit, vestem ut ne inquinet. Cas. 513 ut id … alio pacto condiam, quo id, quoi paratumst, ut paratum ne siet *eqs.* **(***sim.* Mil. 199 *paro* dolum …, id visum ut ne visum siet. 227 *visa* ut visa ne sint, facta ⌞ut facta⌟ ne sient [infecta *trad.*]**)**. Cist. 41 *non* ego hanc superbiai causa pepuli ad meretricium quaestum, nisi ut ne esurirem. *al.* Enn. scaen. 144 quos *homines* ego *Apollo* … compotes … consili dimitto, ut ne res temere tractent turbidas. Ter. Andr. 259 aliquid facerem, ut hoc ne facerem. Eun. 439 id ut ne fiat, haec res solast remedio: ubi nominabit Phaedriam, tu *eqs.* (Don. *ad l.* 1 modo ne non significat). 945 ut ne viderem, … huc ecfugi foras. Phorm. 314 (Don. ne pro non). Ad. 354 obstetricem arcesse, ut … ne in mora nobis siet. *al.* Cato agr. 21, 4 haec omnia eius rei causa fiunt, uti ne cupa in lapide conteratur. 33, 1 vitem … deligato recte, flexuosa uti ne sit. Cic. inv. 1, 45 hoc … videre, ne … genus hoc refelli possit, ut ne *eqs.* Tusc. 3, 29 (vers.) ut … ne me inparatum cura laceraret repens (*Eur. frg. 964, 5 sq.* ἵν' … μή). off. 3, 70 (*formula iuris*) uti ne propter te fidemve tuam captus fraudatusve sim (*si recte Kaser, Das altröm. Ius, 1949, 292*). *al.* Varro rust. 2, 4, 20. Phaedr. 4, 26, 14 ut ne irate te dimissum *esse* sentiant, ad cenam mihi promitte. *al.* *accedit* quis *sim.*: Ter. Phorm. 245 peregre rediens semper secum cogitet *infausta* … ⌞fieri posse, ut ne quid animo sit⌟ novom (⌞ ⌟ ne quid horum umquam accidat animo *Cic. Tusc. 3, 30*). 415 an, ut ne quid turpe civis in se admitteret …, proxumo iussast dari? Pompon. Atell. 143 dedita opera te … foras seduxi, ut ne quis esset testis. Cic. leg. agr. 2, 76. off. 1, 103 *esse* excitandam … diligentiam, ut ne quid temere … agamus. Att. 3, 10, 3 quam plurimis de rebus ad me velim scribas, ut prorsus ne quid ignorem. *al.* (II) *inducit finem non actionis in enunt. primario descrip-*

*[Breimeier]*

tae, sed *actionis loquendi, scribendi sim.* (*cf. supra p. 302, 1sqq.*): TER. Haut. 269 ut ne quid ... ignores, anus, quae est dicta mater esse ..., non fuit. Phorm. 168 tu conicito ..., quid tu ex ista copia *uxoris capias,* ut ne addam, quod ... liberalem nactus es (DON. *ad l.* 4 ut ne: quod Graeci *ἵνα μή*). RHET. Her. 4, 43, 55 constituetur ... oratio ..., hoc modo – ut, quo facilius res cognosci possit, ne (nec *var. l.*) ab ⌊eadem⌋ sententia recedamus –: '...' (⌊ ⌋ *i. iam adhibita*). CIC. de orat. 1, 133 id ... ex te quaerimus – ut ne plus nos adsequamur quam *tu* ... –, quid *eqs.* Att. 12, 11 ut ne quid praetermittam. *al.* PLIN. epist. 5, 8, 11 interim ⌊veniam, ut⌋ (v. et *vel* veniet *codd.*) ne a meis verbis recedam, advocandi peto.

**β** *modus, restrictio vel effectus actionis in enunt. primario indicatae*: Ⓘ *c. locut. praepar.*: Ⓐ ita: PLAVT. Epid. 356 ita suasi seni atque hanc habui orationem, ut, quom rediisses, ne tibi eius copia esset. Mil. 149 eum ... ita faciemus, ut, quod viderit, ⌊ne⌋ viderit (⌊ ⌋ *Prisc.,* non *codd. Plaut.*). TER. Phorm. 975 hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo, ut ne restinguas. RHET. Her. 3, 14, 24 quam sedatissuma ... voce uti conveniet, ita tamen, ut ne ab oratoria consuetudine ad tragicam transeamus. CIC. Quinct. 85 ita possideto *bona,* ut Quinctio vis ne afferatur. Tusc. 5, 39 si eius *animi* acies ita curata est, ut ne (nec *var. l.*) caecaretur erroribus. off. 2, 72 ut ... singulis consulatur, sed ita, ut ea res aut prosit aut certe ne obsit rei publicae (fam. 11, 24, 1 cupio iam vigiliam meam ... tibi tradere, sed ita, ut ne desim constantiae meae). 3, 31 modo hoc ita faciat, ut ne ipse de se bene existimans ... hanc causam habeat ad iniuriam. fam. 16, 9, 3 scio te omnia facturum ...; sed tamen ita velim, ut ne quid properes. *al.* TAB. devot. (CIL I$^2$ 3129) 7 homines ... infereis ⟨de⟩is deligo, ita ut ni q⟨uis e⟩orum quem ... ⟨vi⟩de⟨re⟩ possit. VARRO rust. 2, 10, 3 ita tamen oportet aetate praestare, ut ne propter senectutem minus sustinere possit labores. *al.* COLVM. 12, 52, 4 cannas ... textas inicito ita, ut ne bacam transmittere queant et olivae pondus possint sustinere. *al.* accedit compar. (*quaedam vergunt ad IV*): VARRO rust. 3, 16, 34 *eximendi favi sunt* ita, si fecunda sit alvos, ⌊ut ne plus⌋ (ne(c) p. (ut) *var. ll.*) tertia pars eximatur mellis *eqs.* (LIV. 43, 12, 4. VITR. 6, 6, 4. 7, 4, 2 ita a pariete eae distent, ut ne p. pateant palmum. EDICT. praet. dig. 25, 4, 1, 10 p. 741, 26 ita ut ... ne plures mulieres liberae sint quam decem). VITR. 1, 5, 4 intervalla ... turrium ita sunt facienda, ut ne longius sit alia ab alia sagittae missionis. COLVM. arb. 3, 4 in terram ... sarmentum defigito ita, ⌊ut⌋ (*om. pars codd.*) ne minus quattuor gemmae abscondantur. Ⓑ *variis*: PLAVT. Most. 1053 pergunt turbare usque, ut ne quid possit conquiescere. Truc. 919 quo modo *alium magis quam me amas*? :: hoc modo, ut molestus ne sis (CIC. inv. 1, 33 ut ... peroratum sit hoc m., ut ne quid posterius praeter conclusionem inferatur. Verr. II 5, 52 dices frumentum Mamertinos non debere; quo m. non debere? an, ut ⌊ne⌋ venderent? [⌊ ⌋ *om. pars codd.; fort. sublucet notio q. e. ne quidem*]. *cf.* 5, 7 edicta praetorum fuerunt eiusmodi, ut ne quis cum telo servus esset). CAES. civ. 3, 55, 1 tantum ... a vallo ... acies aberat, ⌊uti ne⌋ (ut in eum *var. l.*) telum tormento adigi posset (FIRM. math. 3, 3, 15). CVRT. 4, 13, 32 adeo ... aciem versabilem posuit, ut, qui ultimi stabant, ne circumirentur, verti tamen ... possent. PLIN. nat. 30, 108 furunculis mederi dicitur ... mus araneus pendens enecatus sic, ut terram ne postea attingat *eqs.* (VLP. dig. 18, 6, 4, 1 ut quisquam sic emat *vinum,* ut ne degustet. GREG. TVR. glor. mart. 103 p. 559, 4).

(II) *sine locut. praepar.*: PLAVT. Asin. 718 licet laudem Fortunam, tamen, ut ne Salutem culpem. CATO agr. 46, 1 locum ... optimum ... et, uti ne nimis longe semina ex seminario ferantur, eum locum *eqs.* CIC. inv. 1, 22 ab auditorum persona benivolentia captabitur, si res ab iis fortiter ... gestae proferentur, ut ne qua assentatio nimia significetur. 1, 28 saepe satis est, quid factum sit, dicere, ⌊ut ne⌋ (ut non, non ut *al. var. ll.*) narres, quemadmodum sit factum. Verr. I 52. II 5, 8 sese Sicilia iam tuebatur, ut ne quod ex ipsa bellum posset existere. de orat. 1, 132 ut iis, quae habent, ... scienter utantur et, ut ne dedeceat. MESSALLA ausp. frg. Gell. 13, 16, 1 si contionem habere *magistratus minores* volunt, uti ne cum populo agant. COLVM. 9, 7, 4 ora cavearum ... proniora sint quam terga, ⌊ut ne⌋ (binę *S*) influant imbres *eqs.* SVET. gramm. 17, 2 *Verrius Flaccus* transiit in Palatium ..., verum, ut ⌊ne quem⌋ (necque *var. l.*) amplius posthac discipulum reciperet. GELL. 15, 1, 4 qua ... sollertia ignem defenderes, ut ne ulla tua aedificatio e ligno ... arderet. VICTORIN. Christ. 31 patri ... simillimus ille, ut ne quid differret, erat.

**2** dum (...) ne (*cf.* dummodo *sub 3bβ; inter* dum *et* ne *intercedit vox una l. 72. p. 310, 12. 36. al., duae vel plures p. 310, 7. 9. 38. al.*): **a** *usu vario*: α *in enunt. primario insunt iussa, praecepta, adhortationes, necessitates sim.* (*saepe in sermone iuris, legibus sim.*): PLAVT. Aul. 491 *divites dotatae,* quo lubeant, nubant, dum dos ne fiat comes. Bacch. 867 pacisce ..., quid tibi lubet, dum ne manifesto hominem opprimat neve enicet *miles.* Curc. 36 dum ne per fundum saeptum facias semitam ..., ama quidlubet. Trin. 979 TER. Hec. 634. CATO agr. 5, 4 *vilicus opus rusticum* faciat saepe, dum ne lassus fiat. SENT. Minuc. *p. 288, 8.* LEX Mamil. (grom. p. 264, 13) quosque fines ita statuerit, ii fines eorum sunto, dum ne extra agrum colonicum ... fines ducat. Vrson. (CIL II$^2$ 5, 1022) 69, 2 *aliquod* IIvir(i) redemptori ... solvendum ... cura(n)to, dum ne ex ea pecunia solvant *eqs.* 98, 31. 99, 4. BRVT. Cic. fam. 11, 10, 1 interpellent me, quo minus honoratus sim, dum ne interpellent, quo minus *eqs.* VARRO rust. 1, 35, 2 *oportet* vineas ... putare, dum in XV diebus *quibusdam* ..., ut pleraque, ne facias. EDICT. imp. Aug. (CIL X 4842) 18 dum, qui locus ... m⟨acer⟩ia saeptus est ..., ne ea maceria *eqs. al.* OV. epist. 3, 81 *mihi iniuriam fieri* vel patiare licet, dum ne (non, nec *var. ll.*) contempta relinquar. met. 10, 318 ex omnibus unum elige ... virum, dum ne sit in omnibus unus. LIV. 3, 21, 6 imitamini ... turbam inconsultam ..., dum ego ne imiter tribunos nec *eqs. al.* accedit quis *sim.*: LEX repetund. (CIL I$^2$ 583) 10 *pecuniam petenti* pr(aetor) ... ⟨patronos ... dato, dum⟩ nei quem eorum det *eqs.* 16 *praetor* facito, utei ... viros ita legat ..., ⟨d⟩um ne quem eorum legat *eqs.* 30. Corn. de XX quaest. (CIL I$^2$ 587) 2, 14 quaestores ... praecones IIII legunto ..., dum ni quem ... in eius ... praeconis locum ... legant *eqs.* Anton. de Term. (CIL I$^2$ 589) 2, 34 ea lex ... esto, dum nei quid portori ab ieis capiatur *eqs.* Rubr. (CIL I$^2$ 592) 2, 50. Vrson. (CIL II$^2$ 5, 1022) 70, 15. Quinctia (Frontin. aq. 129, 11) quo minus ex iis fontibus ... aquam ... haurire iis ... licea⟨t⟩, dum ne qui puteus neque foramen novum fiat, eius hac lege nihilum rogato. LIV. 2, 41, 7 passurum se adsignari agros, dum ne cui nisi civi Romano adsignentur. 38, 38, 16 (*inter verba foederis*) *Antiocho* vim vi arcendi ius esto, dum ne quam urbem ... belli iure teneat *eqs. al.* VAL. MAX. 2, 7, 15 *permissum est,* ut faceret, quod expedire ... iudicasset, dum ne quis ... munere vacaret *eqs.* CELS. 3, 18, 17 scire licebit etiam ex infirmissima *materia cibum* dari posse, dum ne illa sola quis utatur. *al.*

**β** *exempla quaelibet*: PLAVT. Capt. 682 dum ne ob male facta peream, parvi aestumo *cruciatum.* TER. Andr. 902 quidvis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar (EVGRAPH. dummodo non). CIC. Att. 8, 11$^b$, 3. BRVT. Cic. ad Brut. 25, 2 si quis, dum ne irato serviat, rem ipsam non deprecatur. HOR. sat. 1, 1, 40 cum ... nil obstet tibi, dum ne sit te ditior alter. PLIN. nat. 15, 63 *uvas condunt* alii etiam vina habentibus doliis, dum ne contingant ea uvae. 17, 184 *altitudo vitium nutat vineis* ceteris a quinto *pede,* dum ne excedat hominis longitudinem iustam. *al.* accedit quis *sim.*: PLAVT. Aul. 211 quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui. :: dum quidem ne quid perconteris, quod non lubeat proloqui. Capt. 338 quidvis, dum ab re ne quid ores, faciam. PLIN. nat. 33, 124 *traditur minio* sanguinem sisti, dum ne qua penetret in viscera ac volnus attingat.

**b** *accedit compar. vel voces similes* (*inter* ne *et compar. intercedit vox una l. 51; quaedam vergunt ad IV*): PLAVT. Merc. 425 dum quidem hercle ne minoris vendas, quam ego emi (S. C. de Bacch. [CIL I$^2$ 581] 6 utei senatus noster decerneret, dum ne minus senator⟨i⟩bus C adesent, ⟨quom e⟩a res cosoleretur. 8. 17. LEX par. fac. Puteol. [CIL I$^2$ 698] 3, 9 dum ni minus viginti adsient, cum *eqs.* Vrson. [CIL II$^2$ 5, 1022] 69, 37. 75, 20 SEN. contr. 9, 3, 2 COLVM. 5, 11, 5. *al.*). Persa 657 dum quidem ne nimis diu tua sim, volo (*cf.* nimium: CATO agr. 33, 1 *vineam* alligato ... recte, dum ne n. constringas. VITR. 5, 6, 7 dum id ne n. inprobe fiat). CATO agr. 50, 2 ea *loca* postremum arato, dum ne prius obdurescant. LEX repetund. (CIL I$^2$ 583) 63 *iudex* ⟨diem ... edito⟩ ..., dum nei longius C dies edat. SENT. Minuc. (CIL I$^2$ 584) 41 id uti facere liceat, dum ne ampliorem modum pratorum habeant quam *eqs.* (LEX Vrson. [CIL II$^2$ 5, 1022] 95, 13 dum ne omnino amplius h(omines) XX ... testimonium dicere cogantur. 98, 26 LIV. 44, 45, 4 CELS. 4, 10, 3. LEX Salpens. [CIL II 1963] 2, 16). CIC. Verr. II 3, 147 dum arator ne plus decima det (LIV. 39, 18, 9 VITR. 7, 3, 2. LEX Salpens. [CIL II 1963] 1, 3 dum ne plures c(ives) R(omani) sint, qua⟨m⟩ *eqs.*). *al.*

**c** *verbo subaudiendo*: CIC. Att. 6, 1, 4 nos sic agere, ut quot vellet praefecturas sumeret, dum ne negotiatori. HOR. sat. 2, 3, 31 dum ne quid simile huic, esto ut libet. SCRIB. LARG. 57 *oportet* haec ... recondere quolibet vase, ⌊dum ne aereo⌋ (*Helmreich*; dum ne aeneo *Marcell. med. 12, 4,* aereo dum donec *codd. Scrib.*). PLIN. nat. 11, 211 *probatur volva suum* potius ... veterum, dum ne effetarum. QVINT. inst. 1, 5, 65 *voces compositae* ... praepositionibus subiunguntur ..., dum ne pugnantibus inter se duabus, quale est 'inperterritus'. TAC. ann. 3, 71, 2 (*e decreto pontif.*) ut *flamen Dialis* ... plus quam binoctium abesset, dum ne diebus publici sacrificii neu *eqs. al.*

**3** *qualibet* (*inter coniunctiones sim. et* ne *fere intercedit vox nulla, aliter l. 69. p. 311, 15sqq. 34. al.*): **a** *usu vario*: PLAVT. Mil. 599 (*interpol.?*) opus est nunc tuto loco, unde inimicus ne quis (qui *A*) nostri spolia capiat consili. TER. Andr. 335 efficite, qui detur tibi *amica tua uxor*; ego id agam, mihi qui ne detur ([DON. *ad l.* 1 veteres frequenter 'ne' pro non dicebant]. COM. pall. inc. 47 si quas aedes ignis cepit acriter, haud facilest defensu, qui ne [quin ne *var. l.*, quin *Keil*] comburantur proxumae). CIC. ac. 2, 79 quod ne id facere posses, idcirco heri ... contra sensus tam multa dixeram (COLVM. 5, 11, 13 q. ne longiore exordio le-

[Breimeier]

gentem fatigemus, ... exemplum subiciemus, quo *eqs.* [*inde sim.* arb. 27, 2]. APVL. Socr. 10 p. 141 q. ne vobis videar ... incredibilia confingere, dabo ... exemplum *eqs.*). HOR. sat. 2, 1, 37 Venusinus ... colonus missus ad hoc pulsis ... Sabellis, quo ne per vacuum Romano incurreret hostis, sive quod *eqs.* (LEX Salpens. [CIL II 1963] 2, 41 sq. Irnit. VIII C 5 quo quit carius veneat quove quit ne veneat setiusve veneat. *al.*). RVT. LVP. 1, 9 quaeritis maximis sumptis faciendis *rationem,* quomodo ne tributa conferatis.

**b** *locutiones restrictivae* (*cf. p. 293, 44 sqq., quo fort. quaedam infra allata pertinent*): **α** modo ne (tantum m. ... ne *l. 15,* ne ... m. *l. 17*): CIC. Planc. 14 quare victus sis, non debere iudicem quaerere, m. ne largitione sis victus. rep. 1, 32 sit sane *sol alter,* ut visus est, m. ne sit molestus. Lael. 61 ut etiam ... declinandum de via sit, m. ne summa turpitudo sequatur. off. 1, 105 si quis est paulo ad voluptates propensior – m. ne sit ex pecudum genere *eqs.* 2, 71 *p. 291, 20. al.* ATT. Cic. Att. 9, 10, 4 tantum m. Gnaeus noster ne, ut urbem *ἀλογίστως* reliquit, sic Italiam relinquat (*nisi ad I*). TIB. 2, 3, 67 o valeant fruges, ne sint m. rure puellae. LIV. 3, 32, 7 *id* concessum patribus, m. ne ... sacratae leges abrogarentur. 9, 34, 15 non hora citius, quam necesse est, magistratu abieris, m. ne excedas finitum tempus. 10, 43, 4 *legatus cum hostibus* manum ... conferret, m. ne ad Cominium eae copiae admoveri possent. 21, 52, 4. CVRT. 7, 2, 2 nihil ... pro me deprecor, m. ne fratrum innocentiae fuga inputetur mea. 9, 1, 7 omnia facturum ..., m. ne cogeretur *eqs.* PLIN. nat. 2, 62 fatemur ea quoque illorum esse muneris, qui primi vias quaerendi demonstraverint, m. ne quis desperet saecula proficere semper. 7, 8 *ego lectorem* ad auctores relegabo, qui dubiis reddentur omnibus, m. ne sit fastidio Graecos sequi. *al.* *verbo per breviloq. omisso*: CIC. Pis. 55 quasi ... id ... ad rem pertineat, qua tu porta introieris, m. ne triumphali. div. 1, 113 *ea genera divinationis* sint summa sane, m. ne sola. off. 2, 51 *licet* nocentem aliquando, ˪modo ne˩ (et *var. l.*) nefarium impiumque, defendere. **β** dummodo (...) ne (*cf. l. 57 et sub 2*): CIC. de orat. 3, 185 recte genus hoc numerorum, d. ne continui sint, in orationis laude ponetur. ad Q. fr. 1, 1, 20 sit summa in iure dicendo severitas, d. ea ne varietur gratiā, sed conservetur aequabilis. fam. 10, 25, 2 d. ne (ne quid *var. l.*). LVCR. 3, 410 si pupula mansit incolumis, stat cernundi ... potestas, d. ne totum corrumpas luminis orbem. CALP. decl. 24 p. 23, 8 satis sibi faciat meo sanguine ..., ˪d. ne˩ (d. *et* dum non *var. ll.*) per manum vilem ius pietatis infuscet. POMPON. dig. 43, 20, 3, 5 fistulam in rivo ponere ... potest, d. ne fundum *deteriorem faciat. al.* *verbo per breviloq. omisso*: CIC. Att. 12, 44, 4 (45, 1) id ipsum scribas velim te nihil habuisse, quod scriberes, d. ne his verbis. **γ** tantum ne (*cf. l. 15*): VERG. georg. 1, 80 urit ... lini campum seges ...; sed tamen alternis facilis labor, arida t. ne saturare fimo pingui pudeat sola neve *eqs.* OV. Pont. 2, 10, 8 sis licet oblitus pariter gemmaeque manusque, exciderit t. ne tibi cura mei. LIV. 21, 19, 5 quis aequum censeret ... receptos in fidem non defendi, t. ne Carthaginiensium socii ... sollicitarentur ad defectionem? CELS. 8, 25, 4 membrum ... sic iacere convenit, ut ... iuvat, t. ne moveatur neve dependeat (*Hippocr. artic. 63 p. 215, 13 μοῦνον δὲ μή*). *al.* *verbo subaudiendo*: SALV. eccl. 3, 12 novum hoc monstri genus est, cuilibet quemquam velle consulere, t. ne sibi.

**δ** tantum ..., quantum ne: SEN. contr. 2, 7, 3 matrona ... prodeat in t. ornata, q. (-ta *codd. pot.*) ne immunda sit. COLVM. 1, 4, 8 *aedificio faciendo agricola* areae pedem t. conplectatur, quod ait Cato, q. 'ne villa fundum quaerat neve fundus villam'. 12, 24, 1 quae *aqua* cum in t. refrixerit, q. ne contacta corpus urat. **ε** *variae* (minus ne, *quod hic illic editur, potius* minusne *esse vid., v. p. 269, 16, vol. X 1, 581, 57 sqq.*): IVLIAN. dig. 36, 1, 28, 16 p. 239, 32 quaero ..., an ex incremento ... supplere ei debeam, dumtaxat ne partem dimidiam hereditatis quantitas ... excedat. CLEM. dig. 35, 1, 62, 2 (*e Iuliano*) vir uxori, 'si a liberis ne nubserit', ... aliquid legavit (*ibid. iterum*). VET. LAT. II Macc. 14, 42 (rec. X) gladium sibi ... subposuit volens mori, donec ne in peccatorum manus incideret (*aliter gr. et recc. cet.*).

**B** *optatum* (*sc. impossibile praeter l. 73*): **1** utinam (...) ne (quod u. TER.; *cf. p. 283, 53. 336, 41*): ENN. scaen. 246 u. ne in nemore Pelio securibus caesa accidisset abiegna ad terram trabes neve *eqs.* (*cf. Eur. Med. 1 sqq. εἴθ' ὤφελ' ... μή ... μηδ'. in eadem re*: 279 u. ne umquam, Mede, Colchis cupido corde pedem extulisses. RHET. Her. 2, 22, 34 u. ne era ... domo efferret pedem. *sim.* CATVLL. 64, 171 u. ne [non *Macr.*] ... Gnosia Cecropiae tetigissent litora puppes ... nec *eqs.*). TER. Phorm. 157 quod u. ne (in *A ante corr.,* nec *var. l.*) Phormioni id *facinus* suadere in mentem incidisset neu *eqs.* (DON. *ad l.* 4 vetus elocutio 'u. ⟨ne⟩' [*affert l. 63*]. 5 ne 'non' accipiendum). CIC. prov. 18 patrem dico, cuius u. filii ne degenerassent a gravitate patria. Att. 11, 9, 3 fam. 5, 17, 3. ad Q. fr. 1, 3, 9 haec u. ˪⟨ne⟩˩ experiare (˪ ˩ *Baiter,* non *codd. det.*). **2** quod uti ne: CIRIS 150 q. uti ne *virgo* ... solvisset (-solvisses *Barth*) corpore pallam *eqs.*



**IV** *pertinet solummodo ad partem enuntiati* (*exempla potiora [arcuimus e. g. IIIA2b]; inter* ne *et partem enunt. negatam intercedit vox nulla*):

**A** *usu communi* (*fere semper in iusso, monitione sim. [cf. I] aut in enunt. finali vel consec. [cf. II]; sed in enunt. sine imperat. vel coniunctivo legitur e. g. l. 13 sq. 46. 48 sq.*): **1** *spectat ad voces locutionesve quantitatem sim. indicantes* (*e var. l. huc* SEN. nat. 4, 3, 5 non longus [ne *fere trad.*]):

ne minor, minus: LEX XII tab. (Gell. 20, 1, 45) ni iudicatum facit ..., vincito ... compedibus; quindecim pondo ne minore aut si volet maiore vincito. S. C. de Bacch. (CIL $I^2$ 581) 22 haice utei in coventionid exdeicatis ne minus trinum noundinum. CATO agr. 43, 2 sulcos ... ne minus p(edes) II S quoquoversus facito. 161, 4. LEX Iul. munic. (CIL $I^2$ 593) 34 diebus ne minus X, antequam *eqs.* Vrson. (CIL $II^2$ 5, 1022) 70, 12 (*item* 71, 25). VARRO rust. 1, 17, 3 operarios parandos esse ... ne minores annorum XXII et ... dociles. 2, 4, 21 castrantur verres commodissime anniculi, utique ne minores quam semestres. LIV. 26, 24, 10 navibus ne minus viginti quinque quinqueremibus. 30, 17, 14 dona ne minus quinum milium ... aeris. 32, 26, 18 ut ... captivi ne minus decem pondo compedibus vincti ... essent. 38, 11, 6 obsides ... danto ne minores duodecim annorum neu maiores quadraginta. 38, 38, 13 talentum ne minus pondo octoginta ... pendat. 38, 38, 15 obsides ... dato ... ne minores octonum denum annorum neu maiores quinum quadragenum. *al.* VITR. 3, 5, 7 uti ... eo ne minus. *et saepius.* *ceterae iuncturae*: PLAVT. Mil. 750 commodulum obsona, ˪ne magno˩ sumptu ([nemo agnum *trad.*]. CATO agr. 1, 5 instrumenti ne m. [*postea p. 315, 53*]. VARRO rust. 2, 7, 5 genibus rutundis, ne m. *cf.* SVET. Iul. 10, 2 cautum est de numero gladiatorum, quo ne maiorem cuiquam habere Romae liceret). CATO agr. 49, 1 *in vinea deputanda* binas gemmas ne amplius relinquito (150, 2 agnos XXX ne a. ACT. lud. saec. Aug. [CIL VI 32323] 66. SEN. contr. 7, 8, 8 *lex* 'aut hoc' inquit 'aut illud'; non adicit 'ne a. quam semel'). 80 *encytum* colorato ... caldum ne nimium (VARRO *l. 47; cf.* COLVM. arb. 22, 1 *nucem* in aqua mulsa ne nimis dulci macerato). 89 ne plus aqua sita siet horam unam (113, 2 ne p. quadriennium. LEX par. fac. Puteol. [CIL $I^2$ 698] 2, 2 ni p. (dodrantem). CIC. leg. 2, 68. fam. 7, 2, 1 quo ne pluris. LIV. 34, 6, 14 cautum erat, quo ne p. auri et argenti facti, quo ne p. signati argenti et aeris domi haberemus. 38, 24, 5 duo ne p. necessarii. VITR. 5, 1, 4 ne minus quam ..., ne plus. 5, 6, 2. *al.*). CIC. leg. 2, 66. Tusc. 3, 81 ut ... remedia ne magnopere quaerenda arbitraremur. LIV. 36, 1, 8 ut *consul* ... auxilia ab sociis ne supra quinque milium numerum acciperet. VITR. 8, 6, 14 caementum de silice frangatur ne gravius quam librarium. *al.*

**2** *exempla quaelibet*: **a** *varia*: PLAVT. Trin. 651 in foro operam amicis da, ne in lecto amicae. CATO agr. 76, 2 casei ovilli p(ondo) XIIII ne acidum et bene recens in aquam indito. CIC. Att. 15, $1^a$, 2 ut eam *orationem* ne ambitiose corrigerem. BELL. Afr. 9, 2 ut ... oppida post se ne vacua relinqueret (*nisi ad IIIA1*). VARRO rust. 2, 2, 7 providendum, ... stabula idoneo loco ut sint, ne ventosa *eqs.* 2, 5, 7 ut sint *eae pecudes* ... subsimae, ne gibberae *eqs.* 2, 9, 4 *canes* debent esse ... solo ne ut corneo, ne nimium duro, sed ut fermentato ac molli. TIB. 1, 2, 15 tu ... ne timide custodes ... falle. VLP. dig. 12, 2, 13, 2 iuravit se furtum ne fecisse (*antea*: non fecisse). GREG. TVR. Franc. 6, 24 p. 291, 9 ne (nec *var. l.*) moratus ille iuvenem fratri direxit. **b** *apud gramm.*: *in veriloquiis vocum sim.* (*veriloquia vocum ex* 3. ne *compositarum sub ea voce tractavimus, v. p. 282, 48 sqq.*): VARRO ling. 10, 81 ex ne et quicquam ... coactum est nequam (*in eadem voce ibid.* in quo putamus esse ne quicquam, dicimus nequam). DON. Ter. Eun. 328 'quidni' ...; est enim sensus: quid nisi aut cur non ..., quia veteres 'ni' pro 'ne' ponebant et 'ne' pro 'non', ut Plautus (*Men. 110*) 'ni stulta sis' pro 'ne' et *eqs.* (*seq. p. 282, 61; sim.* 508, 1 solve 'nimirum' et fac 'non est mirum' ...; nam 'ni' ne significat et 'ne' non). *sine veriloquio*: DON. Ter. Andr. 784, 1 'ah nec tu omnia' (*784, 2* 'audisti' subauditur): aut 'nec' pro non legitur aut 'ne omnia', ut 'ne' producatur et accipiatur pro non (*cf. e. g. p. 308, 59. 310, 71. 311, 71*).

**B** *per se vel in iunctura fere i. q. ne quidem* (*cf.* PRISC. *p. 320, 73 sqq.*): **1** *in iunctura* (*ipsam iuncturam* ne ... quidem *v. p. 320, 71*):

**a** ne ... quoque (*vix huc locus corruptus* LIV. 10, 14, 13): QVADRIG. hist. 17 sese ... ne id q., quod tum suaderet, facturum esse (*explicat* GELL. 17, 2, 18 'ne id q.' dixit pro 'ne id quidem', infrequens nunc in loquendo, sed in libris veterum creberrimum). COLVM. 1, 3, 12 qui *praepotentes* possident finis gentium, quos ne circumire q. valent. GELL. 1, 2, 5 ne oris q. ... serenitatem Stoici hominis ... posse aegritudine obnubilari. 11, 5, 4 *sceptici* ne videre q. plane quicquam neque audire sese putant. 20, 1, 15 praeter ... ulciscendi acerbitatem ne procedere q. executio iustae talionis potest. VLP. dig. 48, 22, 7, 22. CHIRON 450 ne potionem ei q. offeras. IVLIAN. epit. in psalm. 90, $15^c$ hoc ... commodis iungetur, ut spatia vitae ... submoveam – ut Ezechiae vitam produxi ... –, ne in meos fideles senio q. aliquid licet (*scribasne* liceat*?*). COD. Theod. 16, 5, 58, 2. *?***b** ne ... denique: CIC. ac. 2, 136 illi *Xenocrates et Aristoteles* umquam dicerent ... scripta

[*Breimeier*]

Lycurgi, Solonis, duodecim tabulas nostras non esse leges, ne urbis d. (quidem *Manutius, edd.*) aut civitatis, nisi quae essent sapientium?
**c** ne ... saltem: APVL. met. 8, 16, 7 lupi ... nulli contra nos aditum tulerunt ac ne procul s. ulli comparuerunt. 9, 32, 4. Socr. prol. 4 p. 110 *corvus,* dum vult clarissime clangere, ut ne in (id *trad.*) hoc s. olori concederet ..., toto rictu hiavit. HIL. in psalm. 118 mem (= 13) 3. 129, 11. 137, 8. OROS. hist. 5, 24, 10 ne sic s. **d** etiam ne: *v. vol. V 2, 952, 53 sqq.* (*ubi deleas* FAVSTIN. trin. 2, 8; *cf. iam* PLAVT. *supra p. 308, 3*).

**2** *exempla cetera* **(***usum testatur* QVINT. inst. 1, 5, 38 ut fiat *soloecismus* ... detractione: ... 'ne hoc fecit'. *addere possis locos, ubi edd. fere pro* ne *var. l. vel coni. acceperunt, sc.* ne ... quidem *e. g.* CIC. Catil. 2, 8 Tusc. 1, 65 ad Q. fr. 2, 16, 1 CAES. Gall. 7, 8, 3, nec *e. g.* PERS. 5, 172. 174 PS. QVINT. decl. 5, 22**)**: **a** *potius vi auctiva*: CIC. or. frg. A 9, 10 me ne aliorum (quidem *add. ed. Aldina*) iniurias mediocriter posse ferre. fin. 1, 19 quae cum tota res ⟨est⟩ ficta pueriliter, tum ne efficit (quidem *add. Aldus, edd.*), quod vult. 5, 50 qui *Archimedes,* dum in pulvere quaedam describit attentius, ne patriam (quidem *add. edd.*) captam esse senserit. POMP. Cic. Att. 8, $12^d$, 2 qui inter se ne ⌞noti⌟ sunt (⌞ ⌟ quidem n. *cod. unus,* n. quidem *edd.*). POMP. TROG. hist. Iust. 38, 7, 10 liberalitatis suae ne (nec *Faber*) ipsos milites quin experiantur testes refugere. PAVL. FEST. p. 69 in eodem loco ne despuere alicui licebat. VAL. MAX. 5, 6, 8 ne (ne⟨c⟩ *Briscoe*) beneficio senatus (quidem *add. Kempf*) ... quisquam uti voluit. 7, 2 ext. 8 *Thales* interrogatus, an facta hominum deos fallerent, ⌞'ne cogitata'⌟ inquit (⌞ ⌟ nec c. *cod. unus corr.,* ne c. quidem *Paris*). PETRON. 9, 6 muliebris patientiae scortum, cuius ne spiritus (quidem *add. Bücheler*) purus est. 47, 4 hoc solum vetare ne Iovis potest. TAB. Vindol. II 311, i, 6 (*ca. a. 100*) mihi ne unam epistulam misisti. 343, 5 (*saec. II in.*) ne mentionem mihi fecit. CE 1178, 33 (*saec.* $I^2/II^1$) heu, ne fragmento me voluisti tegi. FLOR. epit. 3, 17, 2 tantum conflavit incendium, ut ne (nec *Vinetus*) primam illius flammam posset sustinere **(***nisi ad IIIA1, ut fort.* HIST. AVG. Diad. 7, 2 tam clarum fuisse Antoninorum nomen, ut illi ne [nec *Jordan*] deorum nomen commode videretur adiungi**)**. APVL. met. 1, 23, 2 prae metu latronum nulla sessibula ⌞ac ne⌟ (*Beroaldus,* anne *F*) sufficientem supellectilem parare. 3, 6, 5 cum nemo possit monstrare ... inimicitias praecessisse ac ne omnino mihi notos illos latrones usquam fuisse. 4, 5, 2 *asinus* non fustibus, non stimulis ac ne cauda et auribus ... elevatis temptavit exsurgere. VLP. dig. 13, 7, 11, 6 per liberam ... personam pignoris obligatio nobis non adquiritur, adeo, ut ne per ... tutorem adquiratur. QVEROL. p. 49, 2 parumne vivus illusisti? ne defunctus desines? (-as *Klinkhamer*). MART. CAP. 6, 576 ne tunc eam noscere potuisti? CLAVD. MAM. anim. 3, 14 p. 182, 19 ne nomen eius *quantitatis* nisi ex memoria potuisse proferri. VICT. VIT. 2, 7 ubi ecclesia ... ne unius nummi habere cognoscitur facultatem. *al.*
**b** *potius vi additiva*: CIC. Tusc. 1, 71 *animus* nec secerni nec dividi nec discerpi nec distrahi potest, ne (nec *var. l.*) interire (quidem *add. Madvig*) igitur. VARRO ling. 9, 71 in quibus *vocibus* usus ... non subsit, ibi non esse analogiam, sed ne (nec *Müller*) in his vocabulis (quidem *add. Madvig*), quae declinantur, si *eqs.* APVL. met. 3, 11, 2 ac ne istud ... contumeliae causa perpessus es. Socr. 9 p. 140 *animalia aeria sunt* terrena nequaquam ..., sed ne (ne⟨c⟩ *ed. princ.*) flammida, ⌞ne sursum versus calore rapiantur⌟ (*ad p. 305, 53*). SCAEV. dig. 50, 1, 24 cui consequens est, ut ne in futurum a forma observata discedatur. VLP. dig. 27, 9, 5, 2 si pupillus alienum fundum ... possideat, dicendum puto ne hunc alienare tutores posse. HIST. AVG. Alb. 5, 8 ne (nec *var. l.*) hoc omen pater abnuit. *al.*

**CAPVT SECVNDVM:** *sublucente vel praevalente vi interrogativa et usu inde derivando*: **I** *in interrogatione obliqua vel enunt., quod ei simile est* **(***primitus certe indicat id, quod aliquis metuit vel prohibere vult, cf. imprimis p. 303, 58 sqq.; sed mox adhibetur, ubi id tantum metuitur, ne res aliter sint, ac auditor putet, ita ut enunt. vix ab interrog. obliqua distinguendum vid.; variat cum interrog. obliqua iam* PLAVT. *p. 314, 43; seq. indicativus* [*maxime apud* AVG.], *e. g. p. 314, 15. 21. 28. 38 et* EPIPHAN. Avell. 244, 34 FACVND. defens. 12, 1, 49**)**: **A** *usu communi* (*exempla selecta inde ab* OV.): PLAVT. Capt. 127 visam, ne nocte hac quippiam turbaverint *captivi.* Cas. 380 vide, ne quae illic insit alia sortis sub aqua **(**Pseud. 1096 v. modo, ne illic sit contechnatus quippiam. TER. Eun. 380. ACC. praetext. 32 v., ne, quem tu esse hebetem deputes ..., is sapientia munitum pectus ... gerat. RHET. Her. 4, 3, 4. *al.* CIC. inv. 1, 56. Tusc. 1, 83 v., ne a malis *discedi* dici verius possit. Att. 16, 14, 2. *al.* NIGID. Serv. auct. ecl. 4, 10 VARRO rust. 1, 2, 18. *et saepe***)**. Mil. 597 sinite me prius perspectare, ne uspiam insidiae sient. 607 speculabor, ne quis ... nostro consilio venator adsit (AMBR. off. 2, 104). CIC. inv. 1, 82 erit observandum diligenter, ne nihil *eqs.* (*al., v. vol. IX 2, 214, 14 sqq.*). 1, 83 oportet ... animadvertere, ne *eqs.* (GAIVS inst. 1, 83). off. 2, 25 qui ..., ne quod ... telum occultaretur, exquirerent. fam. 4, 9, 4 ut ... cogitandum ... sit, ne tutior non sit *vita ista* (AVELL. 173, 1). 15, 14, 4 considera, ne in alienissimum tempus cadat adventus tuus **(**COLVM. 3, 6, 3. 12, 3, 5 *vilica* recognoscat atque consideret, ne aut ... aut *eqs.* TERT. nat. 1, 10, 3 VEG. mil. 1, 22, 3. HEGES. 2, 9, 1 p. 146, 27 [*gr. 2, 350* ὡς]. *al.***)**. PVBLIL. mim. 2 ne quis latibuletur, perspice (pro- *var. l.*). VARRO rust. 2, 9, 16 cum circumspiceret, ne quid praeterisset (*fort. addas p. 303, 64*). OV. met. 2, 402 *Iuppiter* moenia caeli circuit et, ne quid labefactum viribus ignis corruat, explorat (QVINT. inst. 5, 7, 13 *p. 315, 43.* TRAIAN. Plin. epist. 10, 42). SEN. dial. 11, 18, 4 dispice, ne hoc iam quoque ipsum sit supervacuum (PLIN. epist. 2, 10, 5 PAVL. dig. 8, 3, 38). CVRT. 7, 11, 21 ne falleretur acies, dubitare cogebat varietas caeli (*al., v. vol. V 1, 2092, 43 sqq.*). STAT. Theb. 8, 289 puer *rex factus* ... incerta formidine gaudia librat, an fidi proceres, ne (an *var. l.*) pugnet vulgus habenis, cui latus Euphratae ... mandet. PLIN. epist. 10, 118, 3 haereo, ne cuiusquam retro habeatur ratio *eqs.* **(***cf.* TERT. adv. Marc. 4, 43, 6 haesitantibus eis, ne phantasma esset. PASS. Theclae Ca 40 p. 115, 5 Paulus ... haesitabat, ne qua sibi subito temptatio contigisset [*gr.* λογισάμενος μή, Ba verens ne]**)**. HYG. grom. p. 81, 8 exquirendum *est,* ne quid ... adiectum est. NIPS. grom. p. 295, 11 quaerere debes primum, ne post aes fixum et machina sublata secunda adsignatione alicui adsignatum sit **(**FIRM. math. 2, 13, 4 quaere ..., ne Luna ... in finibus Martis duodecatemorion mittat, ne *eqs.* AVG. in euang. Ioh. 4, 8 quaerimus, utrum tu sis Christus ...; quaerimus, ne forte praecursor illius sis ...; quaerimus, ne forte ... praeco es, id est propheta. in psalm. 101, serm. 1, 1 l. 33 quaere ..., ne ipse sit pauper iste. *al.***)**. TERT. nat. 1, 4, 10 nemini subvenit, ne ideo bonus quis ..., quia Christianus, aut *eqs.* 1, 10, 49 nescio, ne plus de vobis dei vestri quam de nobis querantur ([*inde sim.* apol. 15, 7]. adv. Marc. 5, 16, 4 AVG. in psalm. 49, 2). adv. Prax. 22, 1 ambigentibus inter se, ne ipse esset Christus (GREG. M. moral. 8, 9). ARNOB. nat. 1, 10 unde tibi est scire, ne *mundus,* quod exuberat, ... tollat? (AVG. epist. 93, 25 unde scitis, ... ne forte ... iam se aliqui iusta causa separaverant in longinquissimis terris? *al.*). AVG. civ. 1, 28 p. 44, 14 interrogate ... animas vestras, ne forte de ... pudicitiae bono vos inflatius extulistis (in psalm. 92, 1 l. 66. *al., v. vol. VII 1, 2270, 79 sqq. 2271, 77 sqq.*). EPIPHAN. Avell. 244, 90 quidam ... putaverunt ..., ne forte Garizin mons sit, qui *eqs.* PHILVM. med. 2 p. 139, 8 contemplare, ne de nigris coleribus passio facta sit. *al.* *verbo considerandi sim. e contextu intellegendo*: TERT. spect. 23, 8 taceo de illo, qui hominem leoni prae se opponit, ne parum sit homicida quam, qui eundem postmodum iugulat. IREN. 1, 9, 4 l. 84 ut ... multi abducantur ..., ne forte haec sic Homerus fecerit (*gr.* μὴ ἄρα). AVG. epist. 190, 20 vellem ... legere libellum tuum ..., ne forte aliqua ibi testimonia non ambigua posuisti. **B** *pron. vel subst., quod exspectes in enunt. secund., fit pars structurae enunt. primarii*: PLAVT. Aul. 39 *senex* aurum inspicere volt, ne subreptum siet (COLVM. 12, 1, 5 quae domum ... inferuntur, diligenter inspicere, ne delibata sint). Cas. 908 gladium quaero, ne habeat. Persa 79 visam hesternas *cenae* reliquias ..., opertaen fuerint, ne quis obreptaverit. VARRO Men. 190 oculis observare ollam pultis, ne aduratur. 210. COLVM. 8, 5, 17 *sunt pulli* singuli temptandi, ⌞ne⌟ (*om. pars codd.*) quid hesterni habeant in gutture (CHIRON 646). PERS. 5, 106 veris speciem (veri s., veri specimen *var. ll.*) dinoscere calles, ne qua subaerato mendosum tinniat auro? PROC. dig. 41, 1, 55 laqueum *venatorium* videamus, ne intersit in publico an in privato posuerim (TERT. adv. Marc. 2, 5, 5 v. ... hominis condicionem, ne per illam potius evenerit, quod *eqs.* 2, 9, 7 AVG. in psalm. 101, serm. 1, 8 l. 2). TERT. paenit. 6, 5 qui venditant, prius nummum ... examinant, ne scalptus, ne versus, ne adulter. *al.*

**II** *in interrogatione recta* (*gr. maxime resp.* μή *vel* μήποτε): **A** *respectu interrogandi vigente* (*accedit saepe* forte, quando *l. 59; saepe exspectari vid. responsum affirmativum, sed potius negativum e. g. l. 67 sqq. 73*): **1** *c. indicativo* (*vel verbo e contextu intellecto l. 74*): VET. LAT. deut. 29, 18 (Aug. quaest. hept. 5, 52) ne qua est in vobis radix sursum germinans in felle? (*gr.* μή, *cod. 100* numquid, *Vulg. aliter*). iud. 3, 24 (cod. 93) ne quando ad sellam sedet *rex* in secessum cubiculi? (*gr. cod. A* μήποτε, *cod. 100* numquid; *cf. Vulg.* forsitan). Tob. 10, 1 (cod. 7) postquam consummati sunt dies *revertendi,* et pater illius dixit: 'ne forte detentus est ibi?' (*gr. 10, 2* μήποτε, *cod. 148. al.* numquid; *cf. Vulg.* quare). Luc. 3, 15 (cod. 8) cogitantibus omnibus ... de Iohanne: 'ne forte ipse est Christus?' **(**[*gr.* μήποτε ... εἴη, cod. 4. *al. et* VVLG. ne ... esset C.]. Ioh. 4, 29 [cod. 2] ne i. est C.? [*gr.* μήτι, *cod. 5. al. et Vulg.* numquid]**)**. 22, 35 (cod. 5) ne cuius defecistis? (*gr.* μή, Orig. in Matth. 15, 2 p. 351, 30 ne aliquid vobis defuit? *cod. 4. al. et Vulg.* numquid). Ioh. 4, 12 (cod. 2) ne tu maior es patre nostro Iacob? **(**[*gr.* μὴ ... εἶ, Tert. adv. Marc. 4, 35, 9 *et* Ps. Mar. Victorin. phys. 25 p. $1308^D$ ne ... sis, *cod. 4. al. et Vulg.* numquid ... es]. 8, 53 [cod. 2] ne tu m. es Abrahae? [*gr.* μή, *cod. 5. al. et Vulg.* numquid]**)**. 4, 33 (cod. 13; *gr.* μή, *cod. 5. al. et Vulg.* numquid). HERM. vulg. sim. 9, 11 p. 131, 10 ne forte fecistis ei iniuriam? (*gr. 9, 11, 8* μή, *Pal.* numquid). LVCIF. Athan. 2, 4 l. 38 ne dixisse memineras dominum '...', ut haec fieri imperares? AMBR. in psalm. 37, 26, 1 qui est ... irae domini vultus? ne forte ille? PAVL. NOL. epist. 50, 13 ne forte de talibus loquitur, de quibus ... dicit:

[Breimeier]

‘…’? Avg. in psalm. 142, 15 quid interea hic agendum? ne forte per teipsum acturus es aliquid? Ps. Avg. quaest. test. 26, 1. Conc.[S] II 2, 1 p. 66, 31 ne commonitoria aliter continent? (*gr. II 1, 1 p. 166, 31 μή*). Petr. Chrys. serm. 140[bis], 5 homo, ne sentis, quis te persequitur? Vitae patr. 5, 4, 37 si … biberit frater tres calices, ne multum est? (*gr. 4, 45 μή*). *al.* **2** *c. coniunctivo* (*sunt qui addant e loco corrupto* Lvcif. Athan. 2, 30 l. 4 sq.): Vet. Lat. Tob. 2, 21 (cod. 143) unde est haedus hic …? ne forte furtivus sit? redde eum dominis suis (*gr. 2, 13 rec. II μήποτε … ἐστιν*, cod. 148, *sim. al. et* Vvlg. vide, ne forte f. sit). Ioh. 4, 12 *p. 314, 69.* Hil. in psalm. 121, 3 Hier. interpr. Iob 4, 2. Rvstic. c. aceph. p. 1241[B] ne forte … sit hoc quoque praestantius dicere *eqs.*

**B** *respectu interrogandi evanescente, ut vergant iuncturae* ne forte *et* ne quando *sim. in notionem q. e. forsitan, fortasse sim.* (*saepe c. coniunctivo, sed c. indicativo e. g.* Orig.; *exempla potiora*): **1** *in enunt. primar.*: Vet. Lat. gen. 24, 5 (Aug. loc. hept. 1, 77) ne quando noluerit mulier ire mecum (*gr. μήποτε, Vulg. aliter*). Matth. 25, 9 (cod. 7. *al.* = Vvlg.) ne f. non sufficiat *oleum* (*gr. μήποτε*, cod. 5 ne quando). Rom. 11, 21 (cod. 75. *al.* = Vvlg.) si … deus naturalibus ramis non pepercit, ne f. nec tibi parcat (*gr. μή πως* [*om. codd. plerique*]). Pavl. Nol. epist. 50, 8 numquid canes dei possunt dici gentiles …? aut ne f. ipsos canes dei dicat, quales aestimari possunt, si qui in nomine christiano gentiliter vivant. Ps. Avg. quaest. test. 114, 7 sed ne f. hinc illis stulti videamur, quia lex nostra castitatem … praedicat. Orig. in Matth. 15, 22 p. 414, 6 ergo ne f. ea … utilia et vera sunt in praesenti. *al.* **2** *in enunt. secund.*: Orig. in Matth. 15, 14 p. 385, 25 vide …, si possumus … taliter respondere, quia ne f., quod ait ‘…’, suspicari potest non a domino positum *eqs.*

**CAPVT TERTIVM:** *appendix grammatica et stilistica*: **I** *de loco, quem* ne *occupat*: **A** *in enuntiato: ubi* ne *verbum vel enunt. regit, saepissime vel continuo ante verbum vel in initio enuntiati ponitur; sed ratio cuiusque structurae ab aliis differt, v. in enunt. primar. p. 285, 32 sqq. 287, 15 sqq. 289, 4 sqq., secund. p. 294, 25 sqq. apud poetas inde a* Verg. *hic illic post verbum ponitur (fere nullo intervallo, sed aliter e. g. p. 294, 28 sqq.), v. p. 285, 33. 289, 6. 294, 28 sqq. 311, 44. ubi* ne *ad partem enuntiati tantum pertinet, sine intervallo ante eam ponitur, v. p. 312, 2.* **B** *in versu: raro ponitur in fine hexametri, sc.* Hor. sat. 2, 7, 51 epist. 1, 1, 8 Ivv. 1, 97. 3, 310. 5, 20. 15, 40.

**II** *de modo, quo enuntiata eorumve partes iunguntur*: **A** ne *inducit vim negativam post aliud enunt.; intercedit*: **1** *asyndeton*: **a** *post imperat. vel coni. iuss.: saepe inde a* Plavto, *v. e. g. p. 285, 43. 286, 4. 19. 289, 22. 29. 53 sq.* **b** *post enunt. secund.: c.* ut: *inde a* Plavto, *v. e. g. p. 297, 17. 300, 74. 301, 62.* *aliud*: Qvint. inst. 4, 3, 10 *asperum* praemolliemus, quo facilius aures iudicum … *dicta* admittant, ne ius nostrum oderint. 5, 7, 13 explorandum *est* …, an …, an …, ne …, ne.

**2** *coniunctio*: **a** *post imperat. vel coni. iuss.*: Plavt. Asin. 462 da *argentum* … ac ne formida (Cic. Att. 2, 24, 1 ad … celeritatem adde *aliquid* …, ac ne sis perturbatus. Val. Fl. 4, 154. *al.*). Ter. Eun. 529 *p. 291, 45.* Verg. Aen. 3, 160 tu moenia … para longumque fugae ne linque laborem (6, 196. 465. 698 Ov. epist. 21, 55. *al.*). 10, 600 morere et fratrem ne desere (Colvm. arb. 16, 3 *p. 290, 32.* Val. Fl. 4, 37. 8, 436. *al.*). **b** *post enunt. secund.: c.* ut: Plavt. Amph. 489 *p. 296, 29.* Ter. Eun. 76 *p. 296, 51.* Cato agr. 32, 1 *p. 305, 71. al.* *c.* quo: Flor. epit. 2, 19, 5 quo *bella* melius appareant, simul et, ne scelera virtutibus obstrepant. *aliud*: Cato agr. 1, 5 videto, quam minimi instrumenti sumptuosusque ager ne siet.

**B** *post enunt. per* ne *inductum*: **1** *negatio pergit; sequitur*: **a** *coniunctio* (*selectas tantum tractavimus*): **α** *negativa*: neve, neu: Lex XII tab. (Cic. leg. 2, 59. 64) *p. 287, 27.* luci Lucer. *p. 287, 54.* Plavt. Bacch. 867 *p. 309, 73. al.* S. C. de Bacch. (CIL I[2] 581) 15. *et passim.* neque, nec: Lex luci Spolet. *p. 287, 56.* Plavt. Asin. 778 *p. 296, 37.* Bacch. frg. 10. Capt. 434 ne tu me ignores … tuque te pro libero esse ducas … neque des operam pro me. Ter. Andr. 205 ne … neque … haud. Catvll. 61, 126 *p. 291, 21.* 64, 171 *p. 311, 67.* *al.* ne (*dub.* Plavt. *p. 300, 29 sq.; verbum altero loco subauditur e. g. l. 67 et* Lvcan. 8, 714 ne iaceat nullo vel ne meliore sepulchro): Plavt. Pseud. 1020 sq. hominem metuo …, ne malus … erga me sit …, ne … mi obvertat cornua. 1028 sq. metuo, ne erus redeat …, ne capta praeda capti praedones fuant. Caecil. com. 78 quaeso, ne temere hanc rem agas, ne iracunditer. Ter. Hec. 729 videndumst, ne minus propter iram hinc inpetrem quam possiem, aut ne quid faciam plus (Cic. S. Rosc. 82 vereor ne aut molestus sim vobis … aut ne ingeniis vestris videar diffidere. Font. 17 ut aut ne cogeret munire aut id quod munitum esset ne improbaret. *al.*). Eun. 611 metuo fratrem, ne intus sit, porro autem ⌊pater ne rure redierit⌋ (Don. est ζεῦγμα ad superiora, nam et hic ‘metuo’ subaudiendum est). Cato agr. 5, 2 *p. 292, 66.* 32, 2 et ne ([*v. p. 296, 35*]. Cic. off. 1, 89. *al.*). Lvcil. 1195. *al.* **β** *alia*: et (*cf. l. 73*): Plavt. Amph. 305 *p. 294, 64.* Mil. 983. Ter. Eun. 965 *p. 300, 39.* Cic. Verr. II 5, 126. *et saepius.* atque, ac: Plavt. Cas. 575 metuo, ne non sit surda atque haec audiverit. Mil. 343 serva … fores, ne tibi clam se subterducat … atque huc transeat. 1234 Pseud. 1027 Ter. Phorm. 745 Ad. 282. 624 Cic. Mur. 26. *al.* -que: Plavt. Bacch. 156 metuo …, ne Phoenix tuis factis fuam teque ad patrem esse mortuom renuntiem. Capt. 434 *p. 315, 60.* Cic. Tusc. 4, 50 ne fortitudo minime sit rabiosa sitque iracundia tota levitatis. *al.* aut (*cf. p. 315, 68*): Plavt. Cas. 394 ne … memores … aut suspices. Ter. Eun. 14 *p. 300, 74.* Ad. 36 ne aut … aut ([*v. p. 295, 8*]. *item* aut … aut: Rhet. Her. 2, 27, 43 *p. 317, 49.* 3, 19, 32 Caes. Gall. 1, 13, 5. *al.*). Cic. fam. 9, 6, 5. *al.*

**b** *asyndeton* (*in serie enunt. finalium praeter p. 289, 31*): Rhet. Her. 2, 27, 43 ne aliud … criminatio contineat, aliud … purgatio purget. Cic. Att. 3, 24, 2. Hor. sat. 1, 2, 90 *p. 289, 31.* 1, 2, 127. *al.*

**2** *negatio tollitur*: **a** *coniunctionibus sim.* (*selectas tantum tractavimus*): **α** *subordinativis*: ut(i): Plavt. Amph. 489 et … ut ([*v. p. 296, 30*]. *item iungit coniunctio paratactica*: Capt. 247 atque ut. *al.* Calp. hist. 27 utique. Gracch. or. frg. *p. 301, 66. al.*). Cato agr. 156, 6 *p. 301, 34.* Cic. off. 1, 42 primum ne …, deinde ne …, tum ut. Att. 7, 1, 4. *al.* quod: Qvadrig. hist. 41 *te certiorem fecimus,* ne quid eiusmodi … nostro consilio civitates putarent factum, et q. nobis non placet … dolis pugnare (Cic. Att. 3, 4. *al.*). Tert. carn. 15, 3 dehinc, q. **β** *aliis*: -que: Plavt. Mil. 185[a] hoc ei dicito, profecto ut ne quoquam de ingenio degrediatur muliebri earumque artem … optineat colere (*item post* ut: Cic. ad Brut. 22, 2 contendo, ut Ciceronem meum ne dimittas tecumque deducas). Caes. civ. 1, 19, 1 (*in enunt. fin. ut*: Bell. Afr. 28, 3 Sall. Catil. 48, 4 Nep. Eum. 6, 3. *et saepe*). Ov. fast. 3, 489 *p. 291, 55.* aut: Plavt. Poen. 395 opsecro …, ut tu huic irata ne sis aut … te suspendas. Caecin. Cic. fam. 6, 7, 6 peto a te, ne exeat *liber,* aut ita corrigas, ne mihi noceat. Tib. 1, 3, 21 *p. 291, 64.* Cvrt. 9, 4, 27 aut certe. et: Ter. Eun. 16 is ne erret moneo et desinat lacessere (*item post enunt. secund. sim.*: Brvt. Cic. fam. 11, 20, 3 ne … cogare et … occurras. Caes. Gall. 4, 11, 6. *al.*). Cato agr. 33, 3 ne serito, et … addito stercus (*item post imperat. vel coni. iuss.*: Cic. fam. 7, 17, 2 hunc tu virum nactus … ne dimiseris et, ⟨si⟩ quae te … res … offenderit …, perferto. Ov. am. 3, 8, 59. *al.*). 76, 2 *p. 312, 41.* sed: Lvtat. epigr. 1, 3 quid, si non interdixem, ne illunc fugitivum mitteret … intro, sed magis eiceret? Cic. Cluent. 6 (*in enunt. fin. ut*: Verg. georg. 3, 135 Aen. 1, 674. *al.*). ad Q. fr. 1, 1, 20 dummodo … ne …, sed (*v. p. 311, 34*). Verg. Aen. 6, 95 (*v. p. 286, 59; item iussum sim.*: Tib. 1, 1, 67 Prop. 4, 3, 63. *al.*). atque (ac): Ov. met. 13, 271 ne (nec *var. l.*) … atque (aut *var. l.*). Liv. 3, 46, 9 Appius … collegis … scribit, ne Verginio commeatum dent a. etiam in custodia habeant. Val. Fl. 4, 592 ne defice … a. animos accinge futuris. *al.*

**b** *per asyndeton* (*enunt. secund. tantum respeximus*): Cic. Quinct. 43 ne in civitate sit *reus* …, ne numeretur inter vivos, decernat de vita *eqs.* Phil. 6, 4. off. 1, 70 *p. 307, 74.* Caes. Gall. 1, 43, 9 ne … bellum inferret, obsides redderet. Nep. Thras. 3, 1. *al.*

**C** *partes enuntiati per* ne *inducti iunguntur*: **1** *coniunctionibus additivis vel disiunctivis passim.* neque (nec) *interdum negationem vocis* ne *firmat, e. g.* Cato agr. 66, 1 vaso aheneo neque nucleis ad oleum ne utatur. 145, 2 *p. 287, 72.* Lvcr. 5, 890, *interdum novam negationem affert, e. g.* Cic. fin. 4, 10. Caes. Gall. 7, 75, 1 ne … nec moderari nec discernere suos nec frumentandi rationem habere possent. **2** *per asyndeton passim. interdum* ne *iteratum ad partes varias pertinet, e. g.* Caecil. com. 78 quaeso, ne temere hanc rem agas, [et] ne iracunditer. Ter. Haut. 577 ne ineptus, ne protervos videar (*distingue geminationem sub V infra*). **3** *per* neve (neu): Plavt. Bacch. 874 vis tibi ducentos nummos iam promittier, ut ne clamorem hic facias neu convicium? S. C. de Bacch. (CIL I[2] 581) 7 Bacas vir ne quis adiese velet ceivis Romanus neve nominus Latini neve socium quisquam, nisei *eqs.* Cato agr. 31, 2. Cic. leg. 2, 67 eam ne quis nobis minuat neve vivus neve mortuus. *al.*

**III** *iuncturae notabiliores* (*coniunctiones v. in capite primo sub III*): **A** *accedunt pron. vel adv. quaedam indef.* (*potiora; negleximus e. g.* ullus, umquam): **1** qui(s) (*in cap. primo iuncturam saepe segregavimus, e. g. p. 287, 52 sqq. 288, 39 sqq. 289, 35 sqq. 291, 34 sqq. 292, 40 sqq.*). *testimonia gramm.* (*v. etiam p. 283, 27*): Prisc. gramm. II 179, 16 sq. *nomina componuntur cum* coniunctionibus, ut … ‘nequis’, ‘siquis’; quae composita esse ostenduntur a femininis in ‘-a’ desinentibus, ut ‘siqua’, ‘nequa’ (*sim.* 183, 15 sqq. III 25, 1 coniunctiones praepositae numquam componi possunt cum declinabilibus nisi infinitis, ut ‘siqua’, ‘nequa’). III 443, 18 ea *pronomina,* quae composita sunt, ‘aliqua’, ‘nequa’, ‘siqua’. Ps. Asper gramm. V 550, 37 *pronomina* privativa, ut ‘nequis’, ‘neuter’. *explicationes quaedam*: Gloss. nequis: ne aliquis. ne quis alius (*corruptum?*). ne quisquam. nequod: ne aliquod. nequa[m]: ne quo modo (*cf.* Gloss.[L] I Ansil. ne 386 nequo: ne quo modo). II 239, 5 sqq. ἀπὸ μηδενός: a nequo. ἀπὸ μήτινος: a nequo. ἀπὸ μηδενῶν: a nequibus. ἀπὸ

[Breimeier]

μήτινων: a nequibus. 371, 16 μήτι: nequid. 18 μήτις: nequis, nequa. GLOSS.$^L$ III Abstr. NE 35 nequa: ne alia. 36 nequa: non (*cf.* SERV. auct. Aen. 3, 453 *dispendia* nequa: pro non aut nulla). *al.* *inter* ne *et* qui(s) *sim. fere intercedit vox nulla, sed una* PLAVT. Aul. 92 Pseud. 168 CIC. off. 1, 145. *al., plures* RHET. Her. 2, 27, 43 CIC. fam. 9, 8, 1 SALL. Iug. 4, 2. *al.* *in titulis fere punctum (vel spatium) nullum interponitur, exceptis fort. locis* LEX luci Lucer. (CIL I$^2$ 401) 2. SENT. Minuc. (CIL I$^2$ 584) 30 ni·quis. LEX Tarent. (CIL I$^2$ 590) 1, 32. CIL I$^2$ 688. LEX inc. (CIL I$^2$ 2677) 13; *inter duas lineas dividitur* LEX Anton. de Term. (CIL I$^2$ 589) 2, 6. *voces* ne *et* qui(s) *penitus coaluisse vid. in iuncturis* a nequo *et* a nequibus (*v. p. 316, 75*), *cuius tamen usus exempla non invenimus.*

**a** *pro subst.* (*praevalent formae sing.* quis *et* quid; *abundanter accedit e. g.* quicquam *l. 18,* quippiam *l. 18; sunt qui addant e suppl. dub.* CIL I$^2$ 1, 14 [*ca. a. 500 a. Chr.*] neq⟨...⟩): LEX luci Lucer. (CIL I$^2$ 401) 2 ne ⟨qu⟩is (*v. p. 287, 54*). APP. CLAVD. carm. frg. 1, 2 ne quid (*v. p. 300, 28*). LIV. ANDR. trag. 23 *p. 296, 68.* NAEV. trag. 14 ne qui[s]. LEX luci Spolet. *p. 287, 56.* PLAVT. Asin. 112 *p. 299, 53.* 785 ne quid sui membri commoveat quicquam. Rud. 896 ne quid ... quippiam. *al.* ENN. sat. 58 *p. 297, 20.* frg. var. 70 *p. 307, 71.* S. C. de Bacch. (CIL I$^2$ 581) 3 nei quis eorum (*item* nei *vel* ni: LEX repetund. [CIL I$^2$ 583] 30 dum nei quid. SENT. Minuc. *l. 7.* LEX agr. *p. 288, 26.* inc. Tarent. *p. 287, 59. al.*). TER. Andr. 61 ut ne quid nimis. *al.* CATO agr. 5, 4 ne quid. *et passim.* **b** *pro adv.*: PLAVT. Capt. 738 hunc ... ita curarier, ne qui (quid *var. l.*) deterius huic sit *eqs.* Men. 327 ne quo ([*v. p. 289, 35*]. Pseud. 548. *al.* CATO agr. 5, 2. 143, 1 CIC. de orat. 2, 301. Att. 8, 3, 7 [quo ⟨loco⟩ *Watt*]. CAES. Cic. Att. 10, $8^b$, 1. BELL. Alex. 42, 2 ne quo [neque vero *var. l.*]. *al.*). TER. Ad. 626 ut ne qua exeat *res occulta* (CIC. Att. 4, 5, 2 [neque *trad.*]. LVCR. 1, 267 ne qua [neque *var. l.*] forte. VARRO rust. 3, 5, 3. *al.*). **c** *pro adi.* (*fort. huc loco lacunoso* LEX repetund. [CIL I$^2$ 583] 53): PLAVT. Asin. 286 ne quam fraudem. Cas. 380 *p. 313, 63.* Mil. 599 inimicus ne quis. 607 *p. 313, 69.* Pseud. 168 ne mora quae sit. *al.* S. C. de Bacch. (CIL I$^2$ 581) 7 vir ne quis. 10. TER. Andr. 739 ne quod ... commodum. Phorm. 415 ut ne quid turpe. 554 ne quid plus minusve. *al.* CATO agr. 5, 4 parasitum ne quem. *al.* LEX repetund. (CIL I$^2$ 583) 38 ioudex nei quis (*item* nei: 70. 85 nei qui magis⟨t⟩ratus. Anton. de Term. *p. 287, 75*). ACC. trag. 284 AFRAN. com. 194. RHET. Her. 1, 17, 27 *p. 301, 8.* *et saepe.*

**2** *pron. varia* (*inter* ne *et pron. saepius vox una pluresve intercedunt*): **a** quisquam: PLAVT. Asin. 779 talos ne cuiquam homini admoveat nisi tibi. Aul. 609 ne quisquam. Bacch. frg. 10 ne a quoquam acciperes alio mercedem annuam. *al.* S. C. de Bacch. (CIL I$^2$ 581) 15 ne quisquam. 19. TER. Eun. 578 ne vir q. Phorm. 887 ne quoiquam. ACC. trag. 217 CIC. Verr. II 5, 11. Catil. 1, 5 *p. 318, 18.* Att. 15, 17, 1 ne[c] cuiquam nisi ... aedili. ad Q. fr. 3, 7, 3 ne cuiusquam animum. *al.* CATVLL. 99, 9 ne (nec *fere trad.*) quicquam ... contractum. CAES. Gall. 7, 40, 4. *al.* *adv.* quoquam: PLAVT. Asin. 635 *p. 308, 48.* Bacch. 758 *p. 289, 21.* Capt. 456. Mil. $185^a$ *p. 316, 22.* TER. Hec. 565 SVET. Aug. 92, 2. *al.* **b** quispiam (*cf. l. 13*): PLAVT. Capt. 127 *p. 313, 61.* Mil. 431 ne dum q. nos vicinorum ... aliquis immutaverit. Pseud. 186 *p. 300, 72. al.* RHET. Her. 2, 27, 43 ne aut ad rem addatur quid (quiddam *var. l.*) aut quippiam de re detrahatur. 4, 30, 41. CIC. Phil. 1, 27 ne gravius quippiam dicam. ad Q. fr. 3, 5, 2 ne ... offenderem quempiam. BELL. Afr. 7, 2 ne quis miles ... iniuriam faceret cuipiam incolae. SALL. Iug. 45, 2 FRONTO p. 100, 10. *al.* *adv.* quopiam: PLAVT. Most. 966. **c** aliqui(s) (*cf. l. 48*): PLAVT. Poen. 1378 ne cognosceret eas aliquis. TER. Haut. 235. Eun. 552 ne hoc gaudium contaminet vita aegritudine aliqua. Ad. 36. CIC. inv. 1, 32 ne aut aliquod genus utile relinquatur aut *eqs.* 2, 109 ne forte ... alicuius animus in quendam errorem deferatur. de orat. 1, 156 ne ... ad aliquam deformitatem ... veniamus. top. 100 ne praeterirem aliquid. fam. 9, 16, 1 ad Q. fr. 3, 2, 2. *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 7, 1 *p. 295, 21.* 8, 10, 2. CIC. FIL. Cic. fam. 16, 21, 6 *p. 301, 48.* Q. CIC. Cic. fam. 16, 26, 2. *al.* *pro adv.*: PLAVT. Merc. 334 praecauto opust, ne hic illam me animam adiecisse aliqua sentiat (TER. Phorm. 585. 745 Ad. 282 FRONTO p. 20, 19). TER. Haut. 808 ne ... aliquo extrudar hinc (LIV. 41, 24, 16. FRONTO p. 47, 5 sq. ne fluctus, ne vadus, ne piscis a. [aliqua *Müller*] noxsit).

**3** *adv.* (*cf. l. 22 sqq. 45 sq. 61 sqq.*): **a** quando (*inter* ne *et* q. *intercedit vox nulla; usum testatur* PRISC. gramm. III 67, 17 *ut coniuncta esse ostendantur, acutum assumpserunt accentum* et coniunctio 'si' et 'ne' adverbium, cum praeponuntur 'q.', ut síquando, néquando [*sim.* 72, 19. 82, 22]): TER. Eun. 450 metuit ..., fructum *eum* ne q. ... tu alio conferas. RHET. Her. 1, 7, 11 *p. 301, 6.* 1, 10, 17 *p. 295, 45. al.* CIC. S. Rosc. 145 leg. agr. 2, 87 Catil. 3, 27 rep. 3, 25 ad Q. fr. 2, 9, 2. *al.* OV. epist. 17, 34. *al.* *pro gr.* μήποτε (*cf.* GLOSS. *p. 284, 14*): VET. LAT. gen. 3, 22 (Tert. adv. Marc. 2, 25, 4 Filastr. 115, 1) ne q. extendat manum (VVLG. ne forte). 27, 45 (Philo quaest. in gen. 4, 240; cod. 100 ne forte, *Vulg.* cur). Is. 6, 10 (Tert. adv. Marc. 3, 6, 5) ne q. auribus audiant (VVLG. ne forte). *al.*



**b** aliquando (*inter* ne *et* a. *plerumque vox una pluresve intercedunt; addere possis e coni.* LIV. 45, 18, 6): CIC. Catil. 2, 15 timeo, ne mihi sit invidiosum a., quod *eqs.* fin. 2, 53 *p. 295, 2.* 2, 86 ne a. off. 1, 35. *al.* NEP. Alc. 5, 1. SEN. clem. 2, 3, 1 ne forte decipiat nos ... clementiae nomen a. QVINT. inst. 8, 5, 32 ne a. *al.* **c** quandoque: LIV. 21, 3, 6 iuvenem ... docendum vivere aequo iure ... censeo, ne q. parvus hic ignis incendium ingens exsuscitet (*item* q. *continuo post* ne: SVET. Iul. 35, 1 Nero 33, 2. *al.*). SEN. nat. 3, 30, 1 PLIN. epist. 4, 13, 6. *al.*

**B** *negativae* (*potiores*): **1** *usu sollemni*: **a** non: **α** ne *pendet e verbis locutionibusve, quibus ipsis vis quaedam negativa vel detrectandi, detestandi sim. inest*: PLAVT. Cas. 575 *p. 316, 2.* Persa 686 ne non sat esses leno *eqs.* TER. Haut. 1017. Phorm. 902 verebamini, ne non id facerem? Ad. 219 metuisti ..., ne non tibi istuc faeneraret. VARRO Men. 514 verere, ne manu non mittat. CIC. Verr. II 5, 3 ut vererentur, ne ... hic non ad ... laudem, sed ad ... crudelitatem videretur esse servatus (Font. 48 pertimescit, ne non modo ... adiumento non sit suis, sed etiam *eqs. al.* CAES. civ. 3, 46, 4 veritus, ne non reducti, sed deiecti viderentur *eqs.* NEP. Pel. 1, 1. *al.*). Catil. 1, 5 erit verendum mihi, ne non potius hoc omnes boni serius a me quam quisquam crudelius factum esse dicat (Tusc. 5, 2. *al.* PLIN. epist. 9, 8, 1. *al.; sim.* CIC. frg. Lact. inst. 3, 16, 5 ne non tantum videatur utilitatis adtulisse ... quantam oblectationem). *al.* **β** ne *vergit in vim interrogativam* (non *fere sequitur sine intervallo; fere pendet e* videre): CIC. Verr. II 4, 98 vide, ne ille non solum temperantia, sed etiam intellegentia *eqs.* (Tusc. 2, 43 vide, ne ... non sit hoc ... nomen ..., sed ab ea ... omnes nominatae sint. POMPON. dig. 20, 2, 7, 1 videndum est, ne non omnia ..., sed ea sola ... pignori sint. *al.*). Phil. 13, 15 vide, ne hoc ipsum non sit necesse. fin. 2, 77 vide ..., ne non debeas verbis nostris uti. off. 1, 28 videndum est, ne non satis sit id, quod *eqs.* AFRIC. dig. 16, 1, 19, 5. *al.* **γ** *exempla cetera*: CIC. S. Rosc. 70 ne non tam prohibere quam admonere videtur (Planc. 4. *al.*). Brut. 5 quod modice feramus, ne id non ad amicitiam, sed ad ... utilitatem referre videamur (fam. 7, 1, 4 HIRT. Gall. 8, 39, 2 VARRO rust. 3, 14, 1. *al.*). fin. 2, 77. Att. 16, 4, 1 *litteris aliquod* addi placuit ..., ne illi non proferrent eas. *al.* HIRT. Gall. 8, 34, 4. HOR. epist. 1, 5, 23 *hoc* procurare ..., ne non ... lanx ostendat tibi te. *al.*

**b** nihil (nil): **α** ne *pendet e verbis locutionibusve, quibus ipsis vis quaedam negativa vel detrectandi, detestandi sim. inest*: CRASS. or. frg. Cic. de orat. 2, 224 metuebat, ne ... n. esse ei relictum putaretur. CIC. Att. 14, 12, 1 vereor, ne nobis Idus Martiae n. dederint praeter laetitiam *eqs.* 14, 16, 3 vereor, ne n. habuerit, quod *eqs.* *al.* **β** ne *vergit in vim interrogativam*: CIC. inv. 1, 82 erit observandum ..., ne n. ad id, quo de agatur, pertineat id, quod iudicatum sit. PAVL. dig. 8, 3, 38 dispiciamus, ne n. vetet a te mihi viam dari. **γ** *exempla cetera*: CIC. Phil. 2, 97 *p. 302, 71.* fam. 9, 26, 4 ne amicis n. tribuamus, epulamur una. OV. rem. 167 ne nil illic ageretur. LIV. 6, 17, 8 ne n. eos legationis ius ... tegeret. *al.*

**c** nullus: CIC. Verr. II 5, 141 n. adversario (*v. p. 319, 51*). Att. 13, 6, 1 columnarium vide ne n. debeamus. fam. 6, 1, 3 vereor, ne consolatio n. possit vera reperiri praeter *eqs. al.* BRVT. Cic. fam. 11, 1, 1 timere eum, ne ... n. partes iis ... relinquerentur. CIRIS 327 precor ..., ne (nec *var. l.*) tantum in facinus tam n. mente feraris. OV. met. 1, 159 *Terram cruorem Gigantum,* ne n. suae stirpis monimenta manerent, in faciem vertisse hominum. *al.*

**d** nolle: CIC. Att. 12, 30, 1 vereri ..., ne nolit. ad Q. fr. 1, 3, 1 tune id veritus es, ... ne te videre noluerim? (vol- *var. l.*). BRVT. Cic. ad Brut. 24, 7 ut rogandus sit, ne nolit esse nos salvos. OV. met. 4, 685. Pont. 2, 7, 80 spes ..., vivere ne nolim deficiamque, cavet. SEN. contr. exc. 10, 6. *al.*

**2** *negatio abundat* (*exempla selecta*; neque, neve *v. p. 316, 49 sq. 60*): MARCIVS carm. frg. 2 ne ningulus mederi queat (*si recte huc*). TIB. 3, 13, 8 ne (me *var. l.*) legat id nemo *eqs.* OV. Pont. 1, 1, 66 ne (ut, nec *var. ll.*) non peccarim, mors ... non faciet. VAL. MAX. 1, 7, 6 ne ... ⌊non⌋ (*om. pars codd.*) periret. 8, 7, 4 ne non ... videret. PLIN. epist. 4, 13, 8 ne ... non nisi. VET. LAT. II Thess. 2, 3 (cod. 75) ne quis vos seducat nullo modo (*gr.* μή ... μηδένα, cod. 89. *al. et* VVLG. ne ... ullo). COD. Theod. 7, 20, 2 pr. (*a. 320?*) ne quis ... nullo munere civili neque in operibus publicis conveniatur neque in nulla collatione *eqs.* QVEROL. p. 12, 24 ne credideris nemini. CHIRON 100 ne numquam (PLAC. med. 27, 1 rec. *β*). 640 noli ... ne frequenter excitare. *al.*

**C** *quaelibet*: forte: *v. vol. VI 1, 1135, 58 sqq.* (*cf.* forsan *ibid. 1137, 49 sqq., ubi addas* DECL. in Catil. 52). modo: *v. vol. VIII 1303, 43 sqq.* omnino: *v. vol. IX 2, 597, 1 sqq. 6 sqq. 23. 601, 38 sqq. 60. 65. 67.*

**IV** *illustratur usus temporum exemplis selectis* (*pertinet ad cap. primum II [nimirum praeter p. 302, 1 sqq.] et ad cap. secundum I*): **A** *quod* ne *coniunctione inducitur, evenit simul cum actione enunt. regentis vel post eam*: **1** ne *c. coni. praes.* (*addidimus optat. p. 319, 8 sq. al., perf. verbi defectivi p. 319, 31*) *respondet enunt. regentis tempori*: **a** *praes.*: **α** *formae sollemnes*: APP. CLAVD. carm. frg. 1, 2 ⟨ae⟩qui animi con-

potem esse, ne quid fraudis stuprique ferocia pariat (*si recte huc traximus*). PLAVT. Amph. 305 formido ..., ne *eqs.* (*v. p. 294, 64*). *et passim.* *coniug. periphrastica*: CIC. inv. 2, 66 damus operam, ne quid aliter, quam confirmaverimus, fiat aut factum aut futurum sit. Marcell. 26 vide ..., ne tua ... virtus admirationis plus sit habitura quam gloriae. VARRO ling. 7, 109 vereor, ne plures sint futuri, qui ... me ... reprehendant. *al.*

**β** *formae ad stirpem aorist. pertinentes aliaeque obsoletiores* (*specimina potiora*): PLAVT. Amph. 845 cave sis, ne tu te usu perduis (*cf.* Aul. 62 hanc metuo ..., ne mi ... verba ... duit neu persentiscat. *sim. al.*). Aul. 585 *Fides,* cave sis tibi, ne tu immutassis nomen **(***cf. e. g.* CAECIL. com. 140 postulo, ne cum meo gnato ... limassis caput. SEN. nat. 4, 7, 2 in XII tabulis cavetur, ne quis alienos fructus excantassit [-asset *fere trad.*]**)**. Capt. 443 opsecro, infidelior mihi ne fuas (Mil. 492 metuo ..., ne malo magno fuat *res. al.*). Cas. 628 apscede ..., ne quid in te mali faxit (Men. 861 ut minatur, ne quid male f. mihi. *al.* TER. Haut. 198. *al.*). Truc. 524 opust granariis, ne ... nos extinxit fames. CIC. fam. 9, 20, 3 cura ..., ut valeas, ne ego te iacente bona tua comedim. *al.* *cum aorist. gr.*: SEN. suas. 1, 5 timeo, ne ille nos gladio *ἀντιμυκτηρίσῃ* (*sec.* CASS. Cic. fam. 15, 19, 4 vereor, ne ... velit *ἀντιμυκτηρίσαι*).

**b** *fut.* (*fut. exact., imperat. et part. fut.; cf. l. 3 sqq.*): PLAVT. Asin. 294 adproperabo, ne post tempus praedae praesidium parem. 372 pugno malam si tibi percussero ..., caveto, ne suscenseas. Aul. 341 siquid uti voles, domo abs te adferto, ne operam perdas poscere. TER. Phorm. 713 curabo, ne quid verborum duit (duint, dicat *var. ll.*). CATO agr. 8, 1 pratum ..., ne faenum desiet, summittito. GRACCH. or. frg. *p. 295, 71.* *et saepe.*

**c** *praeterito* (*imprimis perf., rarius imperf., plusquamperf. e. g. l. 36*): PLAVT. Amph. 489 *Iuppiter* curavit, uno ut fetu fieret *partus* ..., et ne in suspicione ponatur stupri *Alcumena.* Bacch. 690 ego patrem exoravi. :: nempe ... hoc ut faceret ...? :: immo tibi ne noceat. Cas. 305 metuo, ne Olympionem mea uxor exoraverit, ne Casinam ducat. Mil. 1269 induxi in animum, ne oderim. TER. Andr. 393 *p. 298, 29.* Phorm. 779 *p. 296, 54.* CATO agr. 161, 2 *p. 301, 54.* RHET. Her. 2, 22, 34 id ... satis fuit exponere, ne ... poetas imitemur. CIC. Verr. II 5, 50 ut ... cautum et exceptum sit foedere, ne navem dare debeant. TIB. 2, 4, 7 *p. 300, 62.* COLVM. 12, 44, 6 praecipiebat ... sic picari, ne quis umor transire possit. PLIN. nat. 9, 122 prior id fecerat ... tragoedi ... filius ..., ne triumviratu suo nimis superbiat Antonius paene histrioni comparatus. *al.*

**2** ne *c. coni. imperf. respondet*: **a** *praeteritis enunt. regentis* (*etiam praes. vel inf. hist., inf. fut. in orat. obliqua l. 56*): PLAVT. Amph. 944 cavisse oportuit, ne diceres. Asin. 938 dicebam ... tibi, ne matri consuleres male. Cas. 891 (*881* abduxi) forem obdo, ne senex me opprimeret **(***item post praes. hist. e. g.* CIC. Quinct. 66 ne qua subesse posset ... suspicio, viros bonos ... advocat [*67* obsignaverunt]. CAES. Gall. 4, 6, 1 Caesar, ne graviori bello occurreret, maturius ... ad exercitum proficiscitur**)**. Men. 420 hunc metuebam, ni meae uxori renuntiaret ... de prandio. TER. Andr. 496 edixin tibi, interminatus sum, ne faceres? Eun. 847 ita miserrimus fui fugitando, ne quis me cognosceret. CATO orat. 119 id metuere ..., ne ... in servitute nostra essent (*nisi ad l. 52*). EPITAPH. Pacuv. *p. 300, 4.* RHET. Her. 2, 28, 45 qui intercesserat, ne exulis ... reducerentur. CIC. Verr. II 5, 141 recuperatores se ... dicebat daturum; Servilius et recusare et deprecari, ne iniquis iudicibus nullo adversario iudicium capitis in se constitueretur (*item c. inf. hist. e. g.* BELL. Afr. 82, 2 legati ... obsecrare Caesarem, ne dubitaret signum dare. SALL. Iug. 30, 3 Memmius ... populum ... monere ..., ne libertatem suam desererent. *al.; cf. l. 48*). LIV. 10, 37, 9 *tribunorum plebis* pars intercessuros, ne novo exemplo *consul* triumpharet, aiebat (*in orat. obliqua pendet ex inf. fut., ut e. g.* 10, 45, 5 responsum legatis curae senatui futurum, ne socios fidei suae paeniteret. VAL. MAX. 6, 4, 3 rex adfirmavit fore, ne amplius de se Ptolemaeus quereretur). *al.* *forma* ne foret *vel* ne futurus esset: CIC. Verr. II 5, 163 quas *poenas populus Romanus* veritus esset, ne ... non esset persoluturus *Verres.* SALL. Iug. 11, 3 Hiempsal ... dextra Adherbalem adsedit, ne medius ... Iugurtha foret. 52, 6 *Bomilcar* veritus, ne legatus ... suis auxilio foret. VERG. Aen. 8, 209 *Cacus tauros* hos, ne qua forent pedibus vestigia rectis, cauda in speluncam tractos ... occultabat. HOR. sat. 1, 8, 36 videres ... Lunam ..., ne foret his testis, ... latere. *al.* **b** *tempori praes. enunt. regentis* (*neglecta consecutione temporis variis rationibus; aliter l. 42*): VITR. 2, 8, 17 ceteri ... parietes, ne spatia angustiora fierent, eadem crassitudine conlocantur. SEN. Phoen. 513 ⌊ne quid e⌋ (nequit de *var. l.*) fatis tibi desset paternis, hoc quoque ex illis habes, errasse thalamis. CALP. ecl. 4, 31 certe, ne fraga rubosque colligerem ..., tu facis. PLIN. nat. 11, 216 nares, quae ... eminent, flexili mollitia, naturae providentia, ne frangerentur. FRONTO p. 89, 1 imperatoribus ... te comparare malo, ne viventibus compararem (*ad p. 306, 74 sqq. traxit ed.,* comparem *Mai*).

**3** ne *c. coni. perf.*: PLAVT. Aul. 100 hoc praedico tibi, si Bona Fortuna veniat, ⌊ne intro miseris⌋ (*dubites utrum* ⌊ ⌋ *enunt. secund. sit necne, ita ut e. g.* Capt. 791 *p. 295, 58*). Bacch. 38 metuo, lusciniolae ne defuerit cantio. Pseud. 654 apage te ...; huc ... haud ibis intro, ne quid harpax feceris. TER. Ad. 282 hominem ... absolvitote, ne ... ad patrem hoc permanet atque ego ... perierim. VARRO rust. 1, 16, 5 ita praecipiendum fuit, ne quis iniussu vilici exierit neque vilicus iniussu domini longius, quam ut eodem die rediret. LIV. 9, 18, 6 id ... periculum erat ..., ne maiestatem nominis Alexandri ... sustinere non potuerit populus Romanus, et ... adversus eum nemo ... vocem liberam missurus fuerit. VITR. 7, 1, 1 est animadvertendum, ne qui paries ... sit extructus sub pavimentum, sed *eqs.* *al.*

**4** ne *c. coni. plusquamperf.* (*v. Hofmann-Szantyr 321 sq.*): FRONTO p. 170, 14 quorsum hoc ... prohoemium? ne me existimasses (-assis *Heindorf,* -ares *Friedrich*) parum considerasse gravitatem ... tuam. p. 191, 19 leges ... poenas constituerunt, ne (si *Cornelissen*) quis arborem felicem succidisset. TERT. nat. 1, 10, 14 censuerant, ne qui imperator fanum ... prius dedicasset, quam senatus probasset. pall. 5, 6 *margaritas* dehausit *filius* ..., ne mendicius patre cenasset. *al.*

**B** *quod* ne *coniunctione inducitur, prius evenit quam actio enunt. regentis*: **1** ne *c. coni. perf. respondet tempori*: **a** *praes. enunt. regentis*: PLAVT. Asin. 286 metuo, ... ne quam fraudem frausus sit (*item post verba timendi*: Cas. 304. *al.* TER. Eun. 81 vereor, ne illud gravius Phaedria tulerit neve *eqs.* CIC. Verr. II 5, 3 rep. 1, 58. *et saepe; post subst. e. g.* LVCR. 5, 1224 populi ... tremunt ... percussi ... timore, ne *eqs.*). Cas. 569 *cognatum* litem ... perdidisse gaudeo, ne me nequiquam sibi ... advocaverit. Mil. 187 ut eum ... verbis vincat, ne is se viderit. TER. Ad. 36 quibus nunc sollicitor rebus: ne aut ille *filius* alserit, aut *eqs.* LVCIL. 603 vide, ne illorum causa ⌊superior ... locata sit⌋ **(**[*si recte em. Marx*; superiore loco conlocavit *trad.*]. CIC. Phil. 2, 28 v., ne illa causa fuerit ..., quod *eqs.* Tusc. 2, 43. *al.***)**. RHET. Her. 2, 21, 33 hoc ... vitandum est ..., ne quando, cum omnia collegisse videamur, ... partem reliquerimus. CIC. inv. 2, 66 *p. 319, 4. al.* LENT. Cic. fam. 12, 14, 5 *pericula* ne frustra subierim neve ... decedere cogar, valde laboro. BRVT. Cic. ad Brut. 12, 1 nunc agendum est, ne frustra ... gavisi simus neu *eqs.* *al.* **b** *fut. enunt. regentis*: PLAVT. Asin. 698 ne istuc nequiquam dixeris ..., vehes ... me, si *eqs.* Bacch. 701 emungam ... hominem ..., ne id nequiquam dixerit (*vix ad a, cf. enim* Capt. 127 ibo ... ad ... captivos ..., visum, ne ... quippiam turbaverint). CIC. Att. 2, 17, 1 haec ... non deflebimus (-flev- *fere trad.*), ne ... oleum philologiae nostrae perierit. LIV. 44, 22, 4 me ... adnisurum esse, ⟨ne⟩ frustra vos hanc spem de me conceperitis. SEN. benef. 6, 2, 3 *beneficium* inmotum est; nulla vis efficiet, ne hic dederit, ne ille acceperit. epist. 7, 10 ne soli mihi hodie didicerim, communicabo tecum, quae occurrunt mihi egregie dicta. *al.*

**2** ne *c. coni. plusquamperf. respondet praeteritis enunt. regentis (praesenti in enunt. q. d. irreali l. 50. 51): pendet ex locut. timendi*: PLAVT. Mil. 722 metuerem, ne ... diffregisset *filius* crura ... sibi. Pseud. 912. RHET. Her. 4, 52, 65 verebar (*v. app. crit.*) ..., ne plane victus essem. CIC. de orat. 1, 234 veritus es ..., ne operam perdidisses. LIV. 28, 3, 9 metu, ne prodita urbs esset. 35, 31, 1 *legati* solliciti, ne *eqs.* *al.* *exempla cetera*: CIC. Phil. 2, 81 istud ..., si ... consul esses, minus facere potuisses? vide, ne etiam facilius (*elliptice; item modo irreali e. g.* fam. 7, 33, 2 tu, vellem, ne veritus esses, ne *eqs.* VITR. 2, 8, 20 *parietes* craticii ... velim quidem, ne inventi essent). VARRO rust. 2, 9, 16 cum circumspiceret, ne quid praeterisset. VERG. Aen. 8, 205 Caci mens effera, ne quid inausum ... fuisset, ... tauros avertit **(***consilio supposito [cf. p. 304, 46 sqq.], ut e. g.* APVL. apol. 86, 4 *epistulam turpem* miseras clanculo ad Pontianum, scilicet ne semel peccasses**)**. OV. fast. 5, 157 Livia *templa* restituit, ne non imitata maritum esset. LIV. 21, 33, 9 vidit periculum ... esse, ne ... exercitum nequiquam ... traduxisset, decurrit *eqs.* *al.*

**V** *geminatio* (*in versibus praeter* IVL. VAL., HIST. AVG.; *accedit imperat. aut coni. iuss.*): VERG. Aen. 6, 832 ne, pueri, ne tanta animis adsuescite bella neu *eqs.* (*cf. Hom. H 279 μηκέτι ... μηδέ*). 8, 532 ne vero, hospes, ne quaere (11, 278 *p. 285, 55.* SIL. 16, 127 *p. 286, 30*). 12, 72 ne, quaeso, ne me lacrimis neve omine tanto prosequere ([*cf. Hom. Ω 218 μή ... μηδέ*]. HIST. AVG. Alex. 8, 4). VAL. FL. 7, 273 sq. ne vota repellat, ne mea **(***altero* ne *post verbum posito ut*: STAT. Theb. 4, 512 sq. ne tenuis annos ... spernite, ne, moneo. Ach. 1, 392 sq. [*v. p. 285, 71*]. CLAVD. 15, 286 sq. ne consanguineis certetur ... armis, ne, precor**)**. STAT. Theb. 10, 696 ne vati, ne crede. IVL. VAL. 2, 27 l. 289 'ne' (*Mueller, en trad.*), inquit, 'ne sit vobis aliquid, milites, quod cunctemini' (*cf. gr. p. 85, 15 ἀλλὰ μή*). *Breimeier.*

*iunctura* ⊠**nē (...) quidem.** *doctrinae gramm.* (*ad* ne *solum spectantes; ubique exemplum affertur* CIC. Catil. 3, 24 ne dici q. opus est, quanta deminutione civium): PRISC. gramm. III 60, 15 'ne' cum est dehortativum, indicativo non adiungitur, sed ... (61, 1) infinito. 61, 15 'ne' pro 'neque' ponitur **(**84, 16 *'ne' dehortativum* accipitur ... pro 'n.' [*locum* CIC.

*[Ramminger]*

*explicat* 'neque opus est dici']. 96, 6 'ne' pro 'n.', quae copulativa est coniunctio *eqs.* [*affert insuper* TER. Eun. 46 ne nunc q., cum *eqs., explicans* pro 'neque nunc']**)**. *legitur in versibus apud* PLAVT. (*$13^{ies}$*), TER. (*$14^{ies}$*), *postea raro, sc.* PORC. LIC. (*semel, ut* CIRIS, LVCAN., SIL.), VERG. (*ter*), OV. epist. (*bis*); *in prosa orat. e. g. apud* MET. NVM. (*semel*), CRASS. (*bis*), RHET. Her. (*$11^{ies}$*), VARRONEM (*quinquies*), CIC. (*plus $1100^{ies}$*), LIV. (*plus $340^{ies}$, ut* SEN. *philos.*), PLIN. nat. (*$130^{ies}$*), TAC. (*$150^{ies}$*), AMM. (*$30^{ies}$*), AVG. (*$270^{ies}$*). **[***confunditur in codd. ne cum* nec CIC. Tusc. 3, 79. SALL. Iug. 51, 5 (*etiam* neque). OV. epist. 10, 143 QVINT. inst. 1, 12, 17. 3, 8, 16 LACT. inst. 2, 5, 26 (*sub II e. g. p. 335, 17. 336, 1. 36*), *iunctura* ne ... q. *cum* nec CIC. off. 3, 77 SEN. contr. 7, 2, 8 (*v. etiam p. 323, 69*). *suppl.* ne (*restit. pro* nec PETRON. 134, 2): CIC. ac. 2, 36 Tusc. 2, 7 off. 1, 122 Att. 4, 6, 2 fam. 9, 6, 2 VARRO ling. 9, 51 LIV. 24, 25, 5. 42, 41, 14 SEN. contr. 1, 5, 1. 2, 5, 14. 7, 5, 4 VELL. 2, 34, 2 TAC. ann. 4, 30, 3 SVET. Iul. 24, 3 APVL. Plat. 1, 8 p. 196; *e coni. vix recta* ne *pro* nec LIV. 8, 7, 19. 33, 40, 4 VITR. 2, 6, 5. SEN. contr. 1 praef. 11 (*Håkanson in app. crit. affert etiam* 2, 1, 7. 7, 4, 1 *et laudat Hagendahl in: Apophoreta Gotoburgensia ..., 1936, 294 sq.*). SEN. clem. 1, 5, 5 LACT. inst. 2, 5, 25. 26; *def.* nec *contra var. l.* ne *Winterbottom, comm. 1984, ad* QVINT. decl. 308, 13; nec ... quidem *tradi* CIC. leg. 3, 21 cui *Clodio* nec esse (necesse *codd.*) q. licuisset tribuno. div. 1, 16 nec hoc q. (*cf. Hofmann-Szantyr 450*), *sed* ne ... q. *edi monet Heck in plagulis; ceterum de* ne/nec ... q. *v. Heck-Wlosok in app. crit.* LACT. inst. 1, 6, 7. quidem *suppl.* SEN. contr. 2, 3, 8 quid⟨em⟩, *ceterum v. p. 313, 9 sqq.*; q. *secl. edd.* LIV. 44, 36, 9, *cum ex* 8 *transmigrasse vid.***]**

*materiam sic digerendam esse censuimus*:

CAPVT PRIVS: ne *est adverbium*:

**I** *adhibetur vocibus interpositis*:

**A** *de usu et notione*:

**1** *ponitur quolibet modo vel in priore duorum pluriumve membrorum*: **a** *exempla varia: l. 70* (*vi elativa vigente l. 70, minus vel non vigente p. 324, 16*). **b** *adiungitur voci vel locut. per* ne ... q. *negatae altera vox: p. 324, 53.* **c** *rem per* ne ... q. *negatam aut opposito corrigit aut exceptione tollit aut ut minorem superat enunt. vel locut. sequens: p. 325, 33* (*c.* sed *p. 325, 35,* nedum *p. 325, 60,* nisi *p. 326, 4,* etiam *p. 327, 17,* non modo *p. 327, 22,* adeo *p. 327, 28, variis p. 327, 42*).

**2** *ponitur in altero (tertio sim.) duorum pluriumve membrorum*:

**a** *usu elativo*: **α** *usu vario: p. 327, 54.* **β** *in locut. bimembribus: p. 328, 68* (*e. g.* non solum ... sed ne ... q. *p. 329, 26,* aut ... aut ne ... q. *p. 329, 68*).

**b** *usu (potius) additivo*: **α** *usu vario: p. 330, 4* (*post protasin enunt. condic. p. 330, 53, post* praeterea *p. 330, 72, in serie negationum p. 331, 6*). **β** *in locut. comparativis bimembribus: p. 331, 36* (*e. g.* quem ad modum ... ita [sic] ne ... q. *p. 331, 46*).

**B** *de positione; post* ne *sequitur*: **1** *subst. vel pron.: p. 331, 72* (*quod attrib. non regit p. 332, 22*). **2** *et attrib. et subst.: p. 332, 49.* **3** *forma verbi: p. 332, 53.* **4** *adv.: p. 333, 3.* **5** *attrib.: p. 333, 6.* **6** *initium enuntiati secund.: p. 333, 65.* **7** *praenomen: p. 334, 39.*

**II** *adhibetur nulla voce interposita*: **A** *quolibet modo positum: p. 334, 59* (*pertinet ad partem orationis p. 334, 60, ad enunt. totum p. 335, 56*). **B** *in compositione duorum (trium) membrorum: p. 336, 16.*

CAPVT ALTERVM: ne *est coniunctio c. coni.: p. 336, 37.*

**CAPVT PRIVS:** ne *est adverbium.* *eius vim negativam* quidem *eo regit, quod inter* ne *et* q. *aut totum aut parte includitur, ita ut per emphasin efferatur, alteri opponatur sim. plerumque id, quod per* ne ... q. *includatur, rarius pars locutionis per* q. *divisae vel ea tantum, quae post* q. *ponitur, vel utraque* (*v. e. g. p. 322, 24 sq. 65 sq. 323, 23 sq. 326, 39 et sub IB; ad enunt. totum pertinet e. g. l. 71 sqq. p. 324, 17. 335, 56 sqq.; cf. Devine-Stephens, Latin Word Order, 2006, 266 sqq.*). *locutionis vis augetur post* q. *addito* omnino, *v. vol. IX 2, 601, 54 sqq. et infra p. 335, 49*; penitus *p. 329, 40 et* RVFIN. hist. 5, 1, 5 ne unum q. p. ... sermonem; prorsus RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 7.

**I** *adhibetur vocibus interpositis* (*exempla inde a* CIC. *selecta, nisi aliud indicavimus*): **A** *de usu et notione*: **1** *ponitur quolibet modo vel in priore duorum pluriumve membrorum vario modo compositorum*: **a** *exempla varia*: **α** *vi elativa res per* ne ... q. *negatur ut extrema, maior quaedam*; ne ... q. *pertinet ad*: Ⓘ *enunt. totum* (*hic attulimus etiam enuntiata e praedic. solo constantia, quae ad p. 324, 6 sqq. vergunt, nec non abl. absol. p. 322, 4. 6; distingue p. 322, 4*): Ⓐ *quodlibet*: PLAVT. Bacch. 1138[a] credo *oves has* esse mutas: ne balant q., quom a pecu cetero apsunt. TER. Eun. 511 roget quis 'quid [rei] tibi cum illa?': ne noram q. 664 tam infandum facinus ... ne audivi q. CIC. inv. 2, 82 quare esse indignum eum, qui ⌞ne de damnata q. poenas sumere⌟ ipse potuisset, de ea supplicium sumpsisse, quae ne adducta q. sit in iudicium (⌞ ⌟ *v. l. 74*). LIV. 2, 2, 3 ne intervallo q. facto, *sc. post Tarquinium Priscum regnante Ser. Tullio,* oblitum ... regni Superbum Tarquinium velut hereditatem gentis ... vi repetisse. 5, 38, 10 ne clausis q. portis urbis in arcem confugerunt. Ⓑ *enunt. condic. c.* si (*cf. p. 335, 71 sqq.*): CIC. inv. 1, 70 nec ... Epaminondae permitteremus, ne si extra iudicium q. esset, ut is nobis sententiam legis interpretaretur. 2, 134 neque isti, ne si extra periculum q. esset, crederemus. Verr. II 5, 11 quod ... tametsi dubitari non potest, tamen ne si dubitetur q., quaeri oporteat, quid *eqs.* Pis. 68 cui generi *hominum* esse ego iratus ne si cupiam q. possum. Phil. 5, 24 qui *cives* illum ne si ita q. venisset ut nullum bellum inferret, ferre potuissent. 8, 16 omnino irasci amicis non temere soleo, ne si merentur q. fam. 6, 2, 3 cum superstitem te esse rei publicae ne si liceat q. velis. LIV. 4, 3, 17 utrum ... non credimus fieri posse, ut vir fortis ... ex plebe sit ..., an ne si sit q., *sc. vir bonus,* ad gubernacula rei publicae accedere eum patiemur. 42, 41, 10 ut, ne si bellum q. quis inferat, tueri me regnumque meum liceat *mihi.* SEN. contr. 10, 3, 2 feminas ne si irascereris q. proscripsisses. CELS. 8, 4, 15 ne si fractum q. os desedit, totum excidi necesse est. COLVM. 8, 16, 10 ne si capti q. perferantur in nostra vivaria *pisces quidam,* diuturni queant possideri. QVINT. inst. 9, 2, 72 ne si optimae q. sint *figurae,* esse debent frequentes. *al.*

Ⓘ *pron. demonstr. vel poss.* **(***etiam pro attrib., cetera v. sub adi.; tota c. subst. iunctura effertur e. g. l. 46 sqq. 55 sqq. [sim. l. 51]; exempla selecta***)**: Ⓐ *pron. demonstr. praeparat: (acc. c.) inf.*: PLAVT. Asin. 149 scelesta viden ut ne id q., me dignum esse, existumat, quem adeat *eqs.* Capt. 267 ne id q., involucre inicere, voluit *in tostrina.* CIC. div. in Caec. 44 ne illud q. cogitas, tibi cum homine disertissimo ... futurum esse certamen. nat. deor. 1, 38 ut ne hoc q. diceret illa inventa esse deorum, sed ipsa divina. Att. 10, 8, 3 *id* sine dedecore *non* potero; quid si ne id q. est exploratum, fore ut mihi liceat? SEN. epist. 88, 46 *magisne* irascar illis, qui nos nihil scire voluerunt, an illis, qui ne hoc q. nobis reliquerunt, nihil scire. *al.* *enunt. relat.* (*cf. p. 327, 4*): PLAVT. Cas. 864 (*loco vix sano*) senem, quo senex nequior nullus vivit ⟨...⟩, ⌞ne⌟ illum q. nequiorem esse arbitrare, qui *eqs.* (⌞ ⌟ nisi *coni. Brix*). TER. Phorm. 412 an ne hoc q. ego adipiscar, quod ius publicum est? CIC. inv. 2, 84 *iniuria* ita perspicua, ut ne ab ipso q., qui fecisset, in dubium vocaretur. dom. 105 neminem, ne illum q. qui *eqs.* *et saepius.* *enunt. consec.*: CIC. Verr. II 1, 2 ne hoc q. sibi reliqui facit, ut ... pudentem exitum quaesisse videatur (*sim.* 3, 132). dom. 51 ne id q. est scriptum, ut exirem. HIRT. Gall. 8 praef. 8 erat ... in Caesare ... scientia suorum consiliorum explicandorum; mihi ne illud q. accidit, ut ... Africano bello interessem. *al.* Ⓑ *exempla varia*: TER. Andr. 149 ne haec q. satis vehemens causa ad obiurgandum *est.* 201 quid, hoc intellexti[n]? an nondum etiam ne hoc q.? Haut. 896 quid Syrus meus? ne is q. quicquam (*sc. dixit vel scit*)? CIC. Sull. 6 *adfuit* nemo, ne hic q. Q. Hortensius. off. 3, 80 ne noster q. Gratidianus (*item pron. poss.*: LIV. 8, 4, 8 ne nostrorum q. finium ... per nos tuendorum ius. *al.; cf. p. 330, 24*). CAES. civ. 2, 39, 6 ne haec q. res Curionem ad spem morabatur. NEP. Paus. 4, 3 ne huius, *sc. adulescentuli fidi,* q. indicio impulsi sunt, ut Pausaniam comprehenderent. frg. 59 Marsh. ne id q. tam breve spatium, *sc. vitae meae relictum,* potest opitulari, quin *eqs.* LIV. 1, 55, 9 summam pecuniae ... nullius ne horum q. magnificentiam operum non exsuperaturam. 9, 40, 14 ac primo pavidos Samnites castra sua accepere, deinde ne ea q. retenta. *al.* *ipse*: CIC. Flacc. 77 at istud, *sc. diem sibi dictam esse,* ne i. q. patri ... valde molestum esse debuit. fin. 1, 6. Tusc. 4, 49 *Aiax et Hector* nihil ne in i. q. pugna iracunde ... fecerunt. 5, 44 quae isti bona numerant, ne ipsi q. honesta dicunt. div. 1, 82 *dei futura* aut ... ignorant ... aut ea ne i. q. di significare possunt. LIV. 3, 65, 8 ubi tribuni auxilio humilioribus essent, in primis parum proderat; deinde ne i. q. inviolati erant. 27, 8, 10 ne i. q. contra tendente praetore. 29, 12, 10 neque ... ne i. q. regis abhorrebat animus. 40, 7, 3 iocosa dicta ... ita ut ne i. q. ducibus abstineretur, iactabantur. LACT. inst. 5, 13, 1 cum ... noster numerus ... numquam ... ne in i. q. persecutione minuatur. *al.*

Ⓘ *subst.* (*saepius pendens e praepos. vel auctum per adi. vel gen.; tota c. praepos. vel attrib. iunctura effertur e. g. p. 323, 3. 8. 14. 19, adi. l. 70*): PLAVT. Trin. 678 *genus tuum, quod ipse incendisti, restinguens* ne scintillam q. relinques, genus qui congliscat tuom. TER. Phorm. 819 heus, ne filii q. hoc nostri resciscant volo. PORC. LIC. carm. frg. 3, 11 *pauper quidam* ne domum q. habuit conducticiam. CRASS. or. frg. Cic. de orat. 2, 226 te, cum aedes venderes, ne in rutis q. et caesis solium tibi paternum recepisse. RHET. Her. 3, 5, 8 ne deos q. esse auxilio īs, qui se inconsulto in periculum mittant. 4, 24, 33 ex honesta re, quam ne inimici q. criminari possint. CIC. inv. 2, 82 ne de damnata q. poenas sumere. Sest. 56 appellati reges a populo, qui id numquam ne a senatu q. postulassent (Cael. 20 n. se ne

*[Ramminger]*

congressu q. et constituto coepisse de tantis iniuriis experiri. Phil. 3, 12 *homini* impuro, ... n. ne in metu q. sobrio. *al.; cf. e. g. l. 41. 47*). fam. 3, 12, 1 nullam ne in tabellae q. latebra fuisse absconditam malevolentiam (Liv. 21, 43, 4 *vos* n. ne ad effugium q. navem habentīs. *cf. e. g. l. 47. 56. p. 331, 19*). 9, 26, 2 me vero nihil istorum ne iuvenem q. movit umquam, ne nunc senem (Bell. Afr. 26, 3 n., ne tectum q. quo se reciperent, ab illorum *inimicorum* scelere ... reliquum futurum. *cf. e. g. l. 61. p. 325, 13*). Hirt. Gall. 8, 38, 4 qui *dux Carnutum ad supplicium depostulatus,* etsi ne civibus q. suis se committebat, tamen celeriter ... in castra *Caesaris* perducitur. Sall. or. Cottae 2 *mihi* misero acta iam aetate ne mortem q. honestam sperare licet. Nep. Att. 13, 3 in ea *familia* erant ... anagnostae optimi et plurimi librarii, ut ne pedisequus q. quisquam esset, qui non utrumque horum pulchre facere posset. 16, 2 eum praecipue dilexit Cicero, ut ne frater q. ei Quintus carior fuerit. Liv. 2, 16, 9 captos passim trucidaverunt; ne ab obsidibus q. ... ira belli abstinuit. Avr. Fronto p. 67, 25 ne paululum q. operae ei, quamvis otiosus, dedi. Lact. inst. 1, 6, 7 quo nemo umquam doctior ne (nec *var. l.*) apud Graecos q. vixit (*cf. l. 35. 49. 60. p. 322, 38. 46*). opif. 16, 10 cum tanta sit vis ... mentis humanae intra mortale corpus inclusae, ut ne saeptis q. gravis huius ac pigri corporis ... coerceri ⌊ullo⌋ modo possit, quominus *eqs.* (⌊ ⌋ nullo *var. l., cf. Heck, Vig. Christ. 23, 1969, 290*). *al.*

(IV) *adi.* (*praedic. l. 34. 47; non raro superl., e. g. l. 35. 40. 51 [cf. p. 322, 22]; addidimus numerale l. 27; effertur tota c. subst. iunctura e. g. l. 50, adi. alterum post* q. *positum l. 27 [cf. p. 329, 11; adi. unicum post* q. *positum p. 322, 70]; exempla selecta*); *quod spectat ad*: Ⓐ *quantitatem, numerum, gradum*: Plavt. Truc. 543 nilne huic *puellae* sat est? ne bonum verbum q. unum dixit (Cic. leg. agr. 2, 27 hic homo popularis ne u. q. populo comitiorum potestatem reliquit. har. resp. 11 ne u. q. ... littera. *al.* Caes. Gall. 3, 19, 3 ut ne u. q. nostrorum impetum ferrent *hostes*. *al.*). Rhet. Her. 1, 16, 26 sine qua *ratione defensionis* ne parva q. dubitatio potest remorari damnationem (Val. Max. 3, 8, 2 *Q. Fabius Maximus* numquam a consilii salubritate ne parvi q. certaminis discrimine recessit. *al.*). 2, 8, 12 ut ne parvula q. titubatione ... impediremur (Caes. Gall. 6, 28, 4 *uri* adsuescere ad homines et mansuefieri ne p. q. excepti possunt. *al.*). Cic. S. Rosc. 73 neminem ne minimum q. maleficium sine causa admittere (Phil. 10, 1 ne m. q. moram interposuisti. Tusc. 5, 16 maris ... tranquillitas intellegitur nulla ne m. q. aura fluctus commovente. *al.* Caes. Gall. 6, 42, 1 ne m. q. casu locum relinqui. *al., e. g.* Qvint. inst. 5, 12, 20 eloquentiam ..., quae ne m. q. in se indicium masculi et incorrupti, ne dicam gravis et sancti, viri ostentet). Verr. I 38 ne tenuissima q. suspicio (II 2, 20 dubitatio). Cato 9 *artes cultae* numquam deserunt ne extremo q. tempore aetatis. Caes. Gall. 7, 74, 1 ut ne magna q. multitudine ... *munitiones* circumfundi possent (Tac. hist. 3, 78, 2 arcem ... ne m. q. exercitibus expugnabilem. *al.*). Liv. 9, 43, 11 ne alteri q. exercitui ... pares (*disting.* coniungi ... exercitus). *al.* Ⓑ *quamlibet qualitatem*: Cato orat. 163 cum essem in provincia legatus ..., *vinum honorarium* numquam accepi ne privatus q. (Liv. 34, 2, 11 nullam ne p. q. rem agere feminas). Cic. inv. 1, 103 non vulgare neque factitatum esse ne ab audacissimis q. hominibus id maleficium. Pis. 55 venisse paene neminem ne de officiosissima q. natione candidatorum. orat. 172 ne doctissimorum q. virorum. part. 106 ne sceleratissimum q. civem. Tusc. 1, 66 *p. 325, 13.* Sall. or. Lep. 11 populus Romanus, paulo ante gentium moderator, ... ne servilia q. alimenta relicua habet. Liv. 3, 6, 7 *in agris pestilentia vastatis* cum obvius nemo ne inermis q. fieret *hosti*. 4, 49, 5 ne memorabili q. bello. Sen. contr. 10, 3, 14 ne mitissimus q. victor statim ignovit. Cod. Iust. 11, 24, 1 (*a. 416*) nulli ne divinae q. domui.

(V) *adv.*: Ⓐ *quodlibet*: Ter. Haut. 899 ut ne paululum q. subolat esse amicam hanc Cliniae (Svet. Cal. 38, 3 ne p. q. morae patiens. *al.; cf. l. 16*). Ad. 278 ne tam q. *propero* quam vis. Cic. de orat. 1, 91 ne mediocriter q. disertum fuisse (Tusc. 2, 7 *id* nemo ⟨ne⟩ m. q. doctus ignorat. *al.*). div. 1, 28 nihil fere quondam maioris rei nisi auspicato ne privatim q. gerebatur. Liv. 1, 50, 5 quamquam ne sic q. alienigenae debere *credere imperium Latinos* (Cels. 4, 29, 2 si ista non solverunt, ... *hoc* utendum est; si ne sic q. finitus dolor est aut tumor ei accedit *eqs. al.*). 10, 31, 14 adeo ne infeliciter q. defensae libertatis taedebat *Romanos*. *al.* Ⓑ *temporale* (*hic illic praeparat enunt. secund. temp. per* cum *inductum; quaedam ad b vergere concedimus*): Ter. Eun. 46 quid ... faciam? non eam ⌊ne nunc⌋ q., quom accersor ultro? ([*49* redeam? non si me obsecret; ⌊ ⌋ *inde Hor. sat. 2, 3, 262* nec nunc]. Cic. Verr. II 1, 48 si tum haec non cogitabas, ne n. q. recordaris *eqs.*? de orat. 1, 104 quod ne n. q. difficile factu est. *al.* Sall. Iug. 31, 3 *vos*, qui ne n. q. obnoxiis inimicis exurgitis atque etiam nunc timetis eos, quibus decet terrori esse. *al.*). Cic. Verr. II 2, 98 ne tum q. te potuit ... salutis tuae ratio ad officium ... reducere (5, 59 ne t. q. cum classem avaritia ac nequitia tua perdidisti. Att. 2, 1, 5 non est itum obviam, ne t. q. cum iri maxime debuit. *al.* Caes. Gall. 1, 50, 2 *Caesar* hostibus ... pugnandi potestatem fecit; ubi ne t. q. eos prodire intellexit *eqs. al.* Liv. praef. 12 querellae ne t. q. gratae futurae, cum forsitan necessariae erunt. *al.*). dom. 82 ne tunc q. cum aberam (fam. 3, 10, 8 ne t. q. cum *eqs.* Sen. contr. 7, 6, 10 *tyrannus* servos ne t. q. facit, cum cogitur. Cels. 3, 5, 5 si vero ne t. q. ulla requies aegris est. *al.*).

(VI) *verbum* (*cf. p. 321, 72 sq.*): *inf. e praedic. pendentem*: Cic. inv. 2, 147 *oportet* contrariam legem ... ad aliam sententiam transducere, ut ... *leges* ne discrepare q. videantur inter se. ac. 2, 37 animal agit aliquid – nihil enim agens ne cogitari q. potest, quale sit. fam. 3, 6, 5 ubi te visurus sim, nisi ad me scripseris, ne suspicari q. possum (*antea*: te ubi visurus sim, nescio). Varro rust. 1, 2, 4 in oceano *septentrionali* ... ne navigari q. posse dicunt propter mare congelatum. *al.* *ceterum*: Cic. Tusc. 2, 56 (*55* ingemescere non numquam viro concessum est idque raro) nec vero umquam ne ingemescit q. vir fortis ac sapiens, nisi forte ut se intendat ad firmitatem. *al.*

**β** *vi elativa minus vel omnino non vigente negatur quaelibet res* (*sc. enunt. totum vel pars eius*): Plavt. Mil. 31 ne hercle operae pretium q. est mihi te narrare tuas qui virtutes sciam. Ter. Hec. 308 saepe est quibus in rebus alius ne iratus q. est, quom de eadem causast iracundus factus inimicissimus (*item postea idem opp. non negatum*: Rhet. Her. 3, 8, 15 *quaedam* saepe ne incidunt q., saepe ita tenuiter incidunt, ut non sint necessaria dictu. Sen. dial. 4, 26, 1 irascimur aut iis, a quibus ne accipere q. potuimus iniuriam, aut iis, a quibus accipere iniuriam potuimus). Eun. 681 ne comparandus hi⟨c⟩ q. ad illum est. Phorm. 916 ne alteram q. illam potero ducere. Cic. inv. 1, 10 in quam rem non inciderit *quaestio quaedam antea enumerata,* in ea nihil esse poterit controversiae; quare eam ne causam q. convenit putari. 2, 27 *reum* ne dubitasse q., quid eius iuris esset, et id quod falsum fuerit sine ulla dubitatione pro vero probasse. 2, 81 si *iniuriam iniuria ulcisci* ... ipse, qui nunc accusat, voluisset, ne hoc q. ipso quicquam opus fuisse iudicio. leg. agr. 2, 18 (*17* hoc tribuno plebis potissimum venit in mentem *eqs.*) ne hoc q. vidit, maiores nostros tam fuisse populares *eqs.* har. resp. 26 ne hoc q. tibi in mentem veniebat, ... haec sacra maiores nostros ex vestris libris, *sc. Sibyllinis,* expetisse? (*item in initio interrog. e. g.* Phil. 7, 15 ut haec ... omittam, ne hoc q. cogitatis? ac. 2, 54 ne hoc q. cernunt omnia se reddere incerta, quod nolunt? nat. deor. 1, 92 ne hoc q. vos movet ...?). ac. 2, 126 (*antea*: ut *tua* ... adsensu meo comprobem) cum ista tua mihi ne probabilia q. videantur. Tusc. 2, 42 egone ut te interpellem? ne hoc q. vellem: ita me ad credendum tua ducit oratio. Nigid. Gell. 19, 14, 6 hae litterae, *sc. 'i' et 'u',* cum praeeunt *vocalibus,* ne vocales q. sunt. Ps. Sall. rep. 2, 3, 2 plebem Romanam, quoius antea summa potestas erat, ne aequeis q. legibus in servitute reliquit. Sen. contr. 2, 5, 12 hoc in haec divisit: etiamsi scisti ...; deinde, ne scisti q.: non *eqs.* (*item in divisione rhetorica e. g.* suas. 5, 4 etiamsi venturus est Xerxes ...; si venerit ...; sed ne veniet q. 6, 13 non esse turpe ...; deinde ne iniquum q. esse Ciceronem satisfacere). Sen. benef. 7, 23, 1 (*de hyperbole*) *Vergilius* cum dixit '...' (*Aen. 12, 84*) ..., dixit, ut crederetur quantum plurimum posset; et qui dixit '...' (*Ov. met. 13, 801*), ne ⌊hoc⌋ q. se persuasurum putavit *eqs.* (⌊ ⌋ *praeparat acc. c. inf.*). Scrib. Larg. praef. 5 in quo *Hippocratis iureiurando* sanctum est, ⌊⟨ut⟩ ne⌋ praegnanti q. medicamentum, quo conceptum excutitur, aut detur aut demonstretur a quoquam medico (⌊ ⌋ *Marcell.,* ne *codd.*). Qvint. inst. 7, 4, 6 ac forsitan ne sint q. paria, quae ulla parte sunt dissimilia. *al.*

**b** *adiungitur voci vel locut. per* ne ... q. *negatae altera vox sim. (vel plures), ad quam ipsam quoque vis negativa pertinet (acuitur adiuncta per* saltem *p. 325, 21. 23,* denique *p. 325, 7. 12, separantur spatio maiore l. 58. 59. p. 325, 21); adiunctio fit per*: **α** neque, nec: Plavt. Asin. 762 quod illa dicat peregre allatam epistulam, ne epistula q. ulla sit in aedibus nec cerata adeo tabula. Pseud. 146 vestra latera loris faciam ut valde varia sint, ut ne peristromata q. aeque picta sint Campanica n. Alexandrina ... tappetia. Cic. Att. 13, 10, 3 hic ... nihil habeo, quod agam, ne hercule illic q. nec usquam. ad Q. fr. 1, 3, 1 *p. 325, 47.* Verg. georg. 3, 561 *p. 331, 26.* Gell. 14, 8, 1 quoniam ne senator q. sit n. ius habeat sententiae dicendae. *al.* **β** et (*bis l. 67, ter l. 65*): Crass. or. frg. *p. 322, 71.* Cic. Caecin. 50 ne in aequo q. et plano loco. nat. deor. frg. Lact. inst. 2, 8, 11 quod si ..., ne (nec *var. l.*) terra q. et aqua et aer et ignis a deo factus est. Nep. Phoc. 4, 2 ne perorandi q. ... facultas et dicendi causam. Liv. 28, 42, 17 ne Claudius q. et Livius consules. Sen. dial. 4, 31, 8 ne viperas q. et natrices et si qua morsu aut ictu nocent, effligeremus, si *eqs.* Cvrt. 4, 9, 10 ne stirpes q. et brevia virgulta. 10, 1, 29 ne in stupro q. et dedecoris patientia. Scrib. Larg. 103 ne adversus lenia q. et simplicia medicamenta. *al.* **γ** atque (ac *p. 325, 4*): Cic. inv. 2, 140 ne in sermone q. cotidiano a. imperiis domesticis (*v. p. 331, 8*). Catil. 4, 4 *ut* nemo ne ad deplorandum q. populi Romani nomen a. ad lamentandam tanti imperi calamitatem relinquatur. Brvt. Cic. ad Brut. 24, 6 quae *civitas* ne traditam q. a. inculcatam libertatem recipere possit. Caes. Gall. 1, 39, 1 ne vultum

*[Ramminger]*

q. a. aciem oculorum *hostium* ... ferre. 7, 47, 5 *ut* ne a mulieribus q. a. infantibus abstinerent. LIV. 1, 10, 3 ne Crustumini q. a. Antemnates. 5, 42, 3 ne auribus q. a. oculis. 24, 25, 5 ⟨ne⟩ beneficio q. a. honore. *al.*
ac: LIV. 3, 9, 12 ne Aequi q. ac Volsci. 8, 29, 12 ne vallo q. ac fossis freti. 9, 4, 3 ne victi q. ac capti. PLIN. nat. 7, 5 *p. 331, 28.* SVET. Iul. 24, 3 *belli* ⟨ne⟩ iniusti q. ac periculosi. Cal. 52 vestitu ... et cetero habitu neque patrio neque civili ac ne virili q. ac denique humano semper usus est. *al.*
**δ** -que: CIC. Verr. II 2, 121 non modo Siculorum ... leges, sed ne ab senatu q. populoque Romano datas. OV. epist. 4, 121 *p. 328, 28.* SEN. dial. 4, 22, 2. *al.* **ε** aut (*bis l. 11. 21, ter l. 13* [*etiam inter* ne ... q.], *continuatur per* vel *l. 24*): CIC. Cluent. 185 ne in extrema q. aut media aut aliqua denique parte quaestionis. ac. 2, 113 *p. 331, 23.* 2, 136 *p. 328, 19.* Tusc. 1, 66 nihil ... est in animis mixtum ..., nihil ne aut umidum q. aut flabile aut igneum. fat. 9 ne ut sedeamus q. aut ambulemus voluntatis esse. VERG. georg. 1, 126 nulli subigebant arva coloni: ne signare q. aut partiri limite campum fas erat. LIV. 5, 2, 4 ne hiemi q. aut tempori anni cedere. 32, 20, 7 ne fremitum q. aut murmur. 34, 4, 12 ne causam q. aut rationem. SEN. contr. 9, 2, 12 ne de servo q. aut captivo ... supplicium sumi. CELS. 1, 6, 2 *p. 330, 47.* SEN. dial. 6, 10, 6 *fortuna naufragos* ne in harenam q. aut litus explodet, sed in ... ventrem beluae decondet. epist. 8, 4 ne resistere q. licet, cum coepit transversos agere felicitas, aut saltim rectis aut semel ruere. PLIN. nat. 9, 117 *l. 40.* QVINT. inst. 6, 5, 1 ne a sententiis q. aut verbis saltem singulis. TAC. hist. 2, 76, 2 ne contra Gai q. aut Claudii vel Neronis ... domum. SVET. Cal. 24, 2 *p. 326, 26.* *al.*
**ζ** -ve: VELL. 2, 119, 2 cum ne pugnandi q. ⌊egrediendive⌋ occasio iis ... data esset (⌊ ⌋ *restit. Vossius,* ⟨aut⟩ e. *Haase, v. app. crit.*). CVRT. 7, 3, 11 ne avium q. feraeve ullius vestigium. PLIN. nat. 16, 64 *p. 327, 38.* *al.*
**η** vel: CELS. 2, 8, 23 ne rupta q. vomica vel pure ... emisso. APVL. met. 11, 15, 1 nec tibi natales ac ne dignitas q. vel ipsa ... doctrina profuit. RVFIN. hist. 11, 29 ut ne vestigium q. usquam vel nominis appellatio ... daemonis remaneret. CASSIAN. conl. 4, 16 ne frugalitatis q. distinctionem vel continentiae. *al.*

**c** *rem per* ne ... q. *negatam aut opposito corrigit (plerumque sub α) aut exceptione tollit (sub γ et p. 327, 43 sqq.) aut ut minorem superat (l. 39 sqq. p. 327, 48 et sub β, δ, ε, ζ) enunt. vel locut. sequens*: **α** *c.* sed (sed etiam *l. 40 sqq.; addidimus* vero *l. 52; c. duplici negatione l. 58; cf. p. 326, 68. 327, 52; exempla selecta*): RHET. Her. 4, 10, 14 (*in exemplo generis attenuati*) ita petulans es atque acer, ut ne ad solarium q. ..., sed pone scaenam ... exercitatus sis. CIC. Pis. 11 ne conivente q. te ..., sed etiam hilarioribus oculis ... intuente (PLIN. nat. 9, 117 *mulierem quandam* ne serio q. aut sollemni ... apparatu, sed mediocrium e. sponsalium cena, vidi smaragdis ... opertam. QVINT. inst. 12, 1, 37 ne hoc q. nudum est intuendum, qualem ..., sed e., quare *eqs.* SVET. Iul. 78, 1 ne ... q. omnino, sed e. *cf. p. 327, 17*). Phil. 13, 43 tu ... ne pios q., sed piissimos quaeris. de orat. 1, 175 si ne parvae q. causae sunt, sed saepe maximae, in quibus certatur de iure civili *eqs.* Att. 8, 2, 3 nos ... ne Capuae q., sed Luceriae *erimus.* ad Q. fr. 1, 3, 1 *vidisses* ne vestigium q. eius, *sc. tui fratris salvi,* nec simulacrum, sed quandam effigiem spirantis mortui. LIV. 1, 40, 3 si ne ab Tarquinio q. ad se, *sc. filios Anci,* rediret regnum, sed praeceps inde porro ad servitia, *sc. Ser. Tullium,* caderet. 3, 10, 10 iam ne virtute q. premi libertatem populi Romani, sed arte eludi. 39, 5, 2 ne suas q. simultates pro magistratu exercere boni exempli esse: alienarum vero simultatum tribunum plebis cognitorem fieri turpe ... esse. SEN. suas. 2, 3 non pudet Laconas ne pugna q. hostium, sed fabula vinci? CELS. 2, 4, 6 pessimum est, si ne levatur q. febris, sed aeque concitata continuat. 8, 9, 1$^{A}$ ut ne summum q. ŏs, sed interior pars eius ... laedatur. SEN. benef. 1, 9, 3 ne clam q., sed aperte ludibrio *habere.* 5, 21, 2 non ... exigo, sed repeto, et ne repeto q., sed admoneo. FRONTO p. 39, 14 nec reprehendo tamen ne hoc q., sed ... moneo, ne *eqs.* *al.*

**β** *c.* nedum, *quae vox*: ① *inducit enunt.*: CIC. inv. 1, 70 Epaminondae *non* permitteremus, ne si extra iudicium q. esset, ut ..., n. nunc istum patiamur, cum *eqs.* Planc. 90 mortem me timuisse dicis; ego vero ne inmortalitatem q. contra rem publicam accipiendam putarem, n. emori cum pernicie rei publicae vellem. LIV. 3, 14, 6 nec cetera modo tribuni tranquillo peregere, sed refecti quoque in insequentem annum, ne voce q. incommoda, n. ⌊ut⌋ ulla vis fieret (et *ex errore ed. Ogilvie*). 30, 21, 9 adeo ne advenientem q. gratiam homines benigne accipere, n. ut praeteritae satis memores sint. 37, 41, 4 *milites* regii tam lata acie ne ex medio q. cornua sua conspicere poterant, n. extremi inter se conspicerentur. TAC. ann. 3, 73, 2 ne Spartaco q. ... datum, ut pacto in fidem acciperetur, n. ... latro Tacfarinas pace ... redimeretur. (II) *pertinet ad partes orationis*: LIV. 45, 42, 9 cum Thracum genti ne quietus q. Perseus, n. bello Romano occupatus, timendus fuerit. SEN. contr. 10, 4, 15 egentem hominem et qui ne se q. alere, n. alios posset. VELL. 2, 89, 1 *ea res magnifica* ne in operis q. iusti materia, n. huius tam recisi digne exprimi potest. SEN. benef. 6, 37, 3 ne in patrocinium q., n. in gloriam ⌊est⌋ (*v. app. crit.*) incendium extinxisse, quod feceris. dial. 2, 3, 1 magna promittitis et quae ne optari q., n. credi possint. 2, 5, 4 ut ne inclinari q., n. vinci possit *virtus.* *al.*

**γ** *c.* nisi: ① nisi *ponitur ante partem orat.*: Ⓐ *quamlibet (enunt. secund. l. 13. 20; abl. absol. sim. l. 19. 24) indicantem, quo tempore, modo, statu sim. excepto valeat negatio per* ne ... q. *facta* (*ea orationis pars respondet adv. negato post* q. *posito l. 18; cf. p. 328, 5 sqq. 58 sqq.*): CIC. S. Rosc. 52 ‘convivia cum patre non inibat’: quippe qui ne in oppidum q. n. perraro veniret. rep. 2, 31 ne insignibus q. regiis Tullus n. iussu populi est ausus uti. LIV. 28, 12, 7 ut ne alendi q. exercitus n. ex Bruttio agro spes esset. SEN. contr. 1, 4, 1 ne *vir* truncus, *sc. manibus,* q. capi potui n. domi. 9, 6, 1 nefaria mulier, filiae quoque noverca, ne mori q. potuit, n. ut occīderet. CELS. 1 prooem. 16 ne ad haec *experimenta* q. aditum fieri potuisse, n. ab aliqua ratione. SEN. dial. 6, 24, 3 ut puer ... dignus sacerdotio videretur, materna sine dubio suffragatione, sed ne mater q. n. pro bono candidato valuisset. PLIN. nat. 6, 87 ne lunam q. apud ipsos n. ab octava in XVI *die mensis* supra terram aspici fatentes. 7, 5 *p. 331, 28.* QVINT. inst. 7, 1, 60 *se* ne impetrare q. aliter potuisse suorum restitutionem uno praemio n. patre ... revocato. 8, 3, 38 *verba* ne inornata [quae] sunt q., n. cum sunt infra rei ... dignitatem. TAC. ann. 1, 7, 3 Tiberius cuncta per consules incipiebat ...; ne edictum q., quo patres in curiam vocabat, n. tribuniciae potestatis praescriptione posuit. 4, 55, 2 ne Ilienses q. ... n. antiquitatis gloria pollebant. PLIN. epist. 2, 14, 3 ne nobilissimis q. adulescentibus locus erat n. aliquo consulari producente. 8, 18, 9 *morbo gravi affectus* ne in lectulo q. n. ab aliis movebatur. SVET. Aug. 35, 2 *l. 46.* Cal. 24, 2 nec umquam postea quantiscumque de rebus ne pro contione q. populi aut apud milites n. per numen Drusillae deieravit. *al.*
Ⓑ *ante adi. (praedic. l. 34. 38. 41; addidimus gen. l. 33) vel enunt. relat. (hucine l. 59?) indicans, qua qualitate sim. excepta valeat negatio per* ne ... q. *facta* (*ad quam accedit adi.* ullam *l. 32*): ① *ita ut per* ne ... q. *includatur id, unde attrib. post* nisi *positum pendet* (*cf. p. 328, 4. 19. 330, 50. 331, 33*): CIC. Cluent. 35 quae mulier ... ne domum q. ullam n. socrus suae nosse debuit. fam. 9, 8, 1 etsi munus flagitare ... ne populus q. solet n. concitatus. SEN. contr. 2, 1, 13 si fastidio rerum naturae laborantibus iam ne liberi q. n. alieni placent. SEN. nat. 1, 5, 9 quia ne a speculo q. imago ... *redditur* n. adverso. PLIN. nat. 18, 292 ne noctibus q. n. serenis. QVINT. inst. 11, 3, 13 sed ne vox q. n. libera vitiis actionem habere optimam potest. CALP. decl. 29 ne pecora q. iugum n. paria succedunt. *al.* ② *ita ut per* ne ... q. *includatur quaelibet vox vel locut.*: CIC. off. 1, 28 *philosophi* studio impediti, quos tueri debent, deserunt; itaque eos ne ad rem publicam q. accessuros putant n. coactos. PLIN. nat. 33, 14 Romae ne fuit q. aurum n. admodum exiguum. QVINT. inst. 12, 1, 4 adde quod ne studio q. operis pulcherrimi vacare mens n. omnibus vitiis libera potest. decl. 319, 6 ne priore q. tempore, *sc. ante filium occisum,* istud crimen ad iudicem perduxissem n. quod sciebat filius meus, *sc. adulterium uxoris.* SVET. Aug. 35, 2 ne admissum q. tunc quemquam senatorum n. solum et ⌊praetemptato sinu⌋ (*pertinet ad l. 26*). *al.*
Ⓒ *ante obi. acc. vel dat. (admisimus enunt. secund. c.* ut *l. 52, locut. c. praepos. l. 61) aut ante subi. (in acc. c. inf. l. 66. 69; cf. p. 328, 18) indicans, quo excepto valeat negatio per* ne ... q. *facta*: ① *respondet orationis pars generis eiusdem similisve: inclusa per* ne ... q.: CIC. Att. 9, 12, 4 qui ne quid optem q. iam habeo, n. ut aliqua inimici misericordia liberemur. fam. 2, 8, 1 (*antea reicit res quaslibet leviores*) ne illa q. curo mihi scribas, quae maximis in rebus rei publicae geruntur ..., n. quid ad me ipsum pertinebit. SEN. epist. 92, 2 *sapiens* ne ulli q. n. sibi innixus. APVL. met. 4, 2, 6 non illas rosas teneras ... ac (at *F*) ne convallem q. usquam n. tantum ripae fluvialis marginem densis arboribus septam video. *al.* *non inclusa per* ne ... q. (*cf. p. 328, 67*): CIC. fat. 32 dicebat Carneades ne Apollinem q. futura posse dicere n. ea, quorum causas natura ita contineret, ut *eqs.* PS. SALL. rep. 2, 2, 4 qui ... tam praeclara facinora fecit, ut ne inimici q. queri quicquam audeant n. de magnitudine tua. ② *exempla varia*: SEN. benef. 7, 18, 1 quod, *sc. beneficium,* si accipere non potui n. sapiens, ne reddere q. n. sapienti possum. SCRIB. LARG. praef. 9 cum interim nemo ne imaginem q. suam committat pingendam n. probato prius artifici. PLIN. nat. 17, 199 arbusti ratio ... ne a Scrofa q. n. Italiae concessa. QVINT. inst. 3, 8, 1 quin ... ne utile q. n. quod honestum esset existimarint. 10, 7, 12 mihi ne dicere q. videtur n. qui disposite ... dicit, ⌊sed⌋ tumultuari (*cf. p. 325, 35*). 12, 1, 3 neque enim tantum id dico, eum qui sit orator virum bonum esse oportere, sed ne futurum q. oratorem n. virum bonum. TAC. ann. 1, 2, 1 postquam Bruto et Cassio caesis nulla iam publica arma, ... interfecto Antonio ne Iulianis q. partibus n. Caesar dux reliquus. 6, 45, 1 *Tiberius* modicus privatis aedificationibus ne publice q. n. duo opera struxit. LACT. inst. 1, 3, 18 sicut ne res q. militaris n. unum habeat ducem. *al.*
(II) nisi *inducit enunt. condic. plenum* (*positum post* ne ... q. *nulla*

*[Ramminger]*

*voce intercedente l. 11. 13. 15; cf. p. 324, 14 et distingue usum p. 330, 53 sqq. illustratum*): CIC. Font. 31 humanis hostiis ... *deorum* templa funestant, ut ne religionem q. colere possint, n. eam ipsam prius scelere violarint. leg. agr. 2, 68 ne ei q., qui agros publicos possident, decedent de possessione, n. erunt deducti optima condicione. ac. 2, 140 n. forte. Att. 12, 16 ego ... accedam *ad te* ..., etsi ne discessissem q. e conspectu tuo, n. me plane nihil ulla res adiuvaret. POLLIO hist. 5 ego ne miserandi q. exitus eum fuisse iudicarem, n. ipse tam miseram mortem putasset. LIV. 21, 20, 8 ne illi q. ipsi *Hannibali* satis mitem gentem fore, ... ni ... auro ... *principes* concilientur. 22, 59, 10 haud ... ullius ... commilitonis ... condicioni invideo ...: ne illi q. (*sc. qui currendo fugerunt*), n. pernicitatis pedum ... aliquod praemium est, ... se nobis (*sc. qui capti se redimerunt*) merito praetulerint. 39, 15, 11 maiores vestri ne vos q., n. ... aliquis ex magistratibus ad contionem vocasset, forte temere coire voluerunt. SEN. contr. 9, 1, 6 ego ne patrem q. meum, n. innocens fuisset, redemissem. CELS. 7, 26, $2^F$ ideo dixi ne curandum q., n. quum hoc indiciis suis cognitum est. *al.*

**δ** *c.* etiam (sed e. *v. p. 325, 40sqq.*): CIC. dom. 64 illi ne auditores q. suae gloriae, ego e. spectator meae laudis esse *potui.* Mil. 45 illi ne causa q. itineris, e. causa manendi *fuit.* parad. 42 solusne tu dives? ... quid, si ne dives q.? quid, si pauper e.? LIV. 5, 52, 4 gentilicia sacra ne in bello q. intermitti, publica sacra ... e. in pace deseri.

**ε** *c.* non modo (non), *sc. locut. p. 329, 5sqq. 12sqq. 22sqq. allatis ita inversis, ut* sed *tollatur*: CIC. parad. 17 mihi ..., quicquid acciderit ..., ne recusanti q. evenerit, non m. non repugnanti (Att. 14, 19, 4). Tusc. 1, 92 ne servi (sues *codd.*) q. id volent, non m. ipse (*sc.* non m. *fere pro* non m. non, *ut e. g.* div. 2, 113 *quae* numquam ne mediocri q. cuiquam, non m. prudenti probata sunt. *ceterum v. vol. VIII 1321, 56sqq.*).

**ζ** *c.* adeo (*cf. p. 324, 58*): Ⓘ *accedente negatione*: VELL. 2, 67, 1 huius ... temporis fortunam ne deflere q. quisquam satis digne potuit, a. nemo exprimere verbis potest. CELS. 2, 6, 14 quin etiam ... Democritus ne finitae q. vitae satis certas notas esse proposuit, quibus medici credidissent; a. illud non reliquit, ut certa aliqua signa futurae mortis essent. CVRT. 7, 5, 35 qui ne viderant q. Miletum, a. (ideo *trad.*) Xerxi non potuerant prodere. PLIN. nat. 10, 206 ut *serpens* ... ne filum q. pendentis *aranei* rumpere, a. non fugere queat. TAC. ann. 3, 34, 2 quae *feminae* ne coniugum q. penates, a. socios non onerent. 6, 15, 3 ne tecta q. urbis, a. publicum consilium numquam adiit *Tiberius.* (II) *exempla varia*: PLIN. nat. 16, 64 *foliorum fraxini* tanta ... est vis, ut ne matutinas q. occidentesve umbras ... serpens arboris eius adtingat, a. ipsam procul fugiat. *al., v. vol. I 607, 56sqq., ubi addas* SEN. epist. 79, 4 nives ..., quas ne aestas q. solvit: a. tutae sunt ab igne vicino *Aetnae.*

**η** *c.* variis (*adde* ne dicam *p. 323, 40*): PLIN. nat. 3, 53 Tiberis propter ... confragosa ne sic q., *sc. post imbres,* praeterquam trabibus verius quam ratibus, longe meabilis fertur (SVET. Iul. 36 prosperrime semper ac ne ancipiti q. umquam fortuna p. bis dimicavit. Nero 1, 2 *Ahenobarbi* perseveraverunt omnes in eodem cognomine; ne praenomina q. ulla p. Gnaei et Luci usurparunt). IREN. 2, 18, 1 haec enim ne anima q. fortis, non dicam spiritalis substantia, percipiet.

**2** *ponitur in altero (tertio sim.) duorum pluriumve membrorum ratione quadam compositorum*: **a** *usu elativo res membri prioris (membrorum priorum), sc. plerumque negata, re per* ne ... q. *negata corrigitur vel superatur* (*post* ne ... q. *sequitur* sed *l. 65. 72sq. p. 328, 35. 46sq.* [*cf. p. 325, 35*], nisi *p. 328, 4sqq. 19sq.* [*cf. p. 326, 4*]): **α** *usu vario; duo membra componuntur*: Ⓘ *quolibet modo* (*exempla pauca selecta*): PLAVT. Capt. 485 nemo ridet ...; ne canem q. irritatam voluit quisquam imitarier, saltem, si non adriderent, dentes ut restringerent. CIC. prov. 39 ut ..., per quem ordinem ipse amplissimam sit gloriam consecutus, ei ne libertatem q. relinquat. ac. 2, 119 tibi hoc repudiare, illud ... defendere necesse erit: mihi ne ut dubitem q. relinquatur? VARRO rust. 1, 1, 3 Sibyllam non solum cecinisse, quae, dum viveret, prodessent hominibus, sed etiam quae, cum perisset ...; me ne dum vivo q. necessariis meis, quod prosit, facere? SALL. or. Phil. 12 qui videmini tanta mala quasi fulmen optare se quisque ne attingat, sed prohibere ne conari q. PETRON. 17, 2 tacentibus adhuc nobis ... intravit ipsa ... *et* diu flevit; ac ne tunc q. nos ullum adiecimus verbum, sed *eqs.* *al.*

(II) *artiore quodam nexu* (*in anaphora p. 328, 1*): Ⓐ *per asyndeton (plerumque priore membro negato): exempla varia* (*selecta*): PLAVT. Bacch. 1027 da mihi ducentos nummos ... :: ne unum q. hercle. TER. Eun. 639 si non tangendi copia est, eho ne videndi q. erit? si illud non licet, saltem hoc licebit. CIC. Quinct. 89 ex quibus *servis* iste posséderit neminem, ne attigerit q. Phil. 1, 16 in ... libellis se uno auctore prolatis, ne prolatis q., sed tantum modo dictis (SEN. dial. 2, 14, 3 Cato ... non vindicavit iniuriam, ne remisit q., sed factam negavit). ac. 2, 72 Anaxagoras nivem nigram dixit esse; ferres me, si ego idem dicerem? tu ne si dubitarem q. nat. deor. 2, 74 ita salem istum ... in inridendis nobis nolitote consumere, et ... ne experiamini q. off. 3, 39 si nemo sciturus, nemo ne suspicaturus q. sit *eqs.* LIV. 2, 34, 4 frumentum Cumis cum coemptum esset, naves ... retentae sunt, in Volscis ... ne emi q. potuit. SEN. nat. 2, 26, 7 non habet istos metus dies purus, ne nox q. nisi obscura nubibus (epist. 108, 19 nulla, si illi *Pythagorae* credas, anima interit, ne cessat q. n. tempore exiguo, dum *eqs.* SVET. Tib. 37, 4 hostiles motus ... per legatos compescuit, ⌊ne⌋ per eos q. n. cunctanter [⌊ ⌋ '⟨et⟩ ne?' *Ihm in app. crit.; an* ⟨ac⟩ ne *coll. l. 53sqq.?* nec *var. l.*]. *cf. l. 19sq.*). epist. 120, 21 *multi* tales sunt, qualem hunc *hominem* describit Horatius Flaccus (*sc. sat. 1, 3, 11sqq.*), numquam eundem, ne similem q. sibi; adeo in diversum aberrat. TERT. idol. 17, 3 *ut Christianus officio publico fungens* nihil sollemne pronuntiet vel edicat, ne iuret q. *al.* *membra iunguntur praedicato sim. uno*: PLAVT. Pseud. 877 (*874* quanti ... *id me* perdoces?) si credis, nummo, si non, ne mina q. CIC. Verr. II 4, 2 nihil in aedibus cuiusquam, ne in hospitis q., nihil in locis communibus, ne in fanis q. ... istum ... reliquisse. Mil. 99 nullum mihi umquam ... tantum dolorem inuretis, ... sed ne hunc q. ipsum, ut obliviscar quanti me semper feceritis. ac. 2, 136 neminem *esse* consulem praetorem imperatorem, nescio an ne quinquevirum q. quemquam nisi sapientem; ... duodecim tabulas nostras non esse leges, ne urbīs q. aut civitatīs *esse,* nisi quae essent sapientium? SALL. Iug. 99, 1 Marius ... maxumum silentium haberi iubet, ne signa q. ... canere (*nisi ad b*). SEN. epist. 16, 1 neminem posse beate vivere, ne tolerabiliter q., sine sapientiae studio. *al.*

Ⓑ *per syndesin*: ① *disiunctive, adversative*: ⓐ at: RHET. Her. 4, 24, 33 leges, quae id facere prohibent, veritus es? at ne scriptas q. iudicasti. CIC. Phil. 2, 72 an sine me ille *Caesar* vicit? at ne potuit q. OV. epist. 4, 121 nec tanto mater, *sc. Antiopa,* pignore, *sc. Hippolyto,* tuta fuit, at ne nupta q. taedaque acceptā iugali. ⓑ immo: CIC. Planc. 62 quaeris, num disertus sit; i. ... ne sibi q. videtur. SEN. clem. 1, 5, 4 quem nemo interpellaturus est, i., si vehementius excanduit, ne deprecaturus est q. benef. 2, 10, 4 cum inter prima praecepta *beneficii* ... sit, ne umquam *accipientem* exprobrem, i. ne admoneam q. dial. 9, 9, 5 (*de bibliotheca Alexandrina*) studiosa luxuria, i. ne studiosa q., quoniam ... in spectaculum comparaverant. 11, 13, 2 *non* sic me deiecit, ut nollet erigere, i. ne deiecit q., sed impulsum a fortuna et cadentem sustinuit. PLIN. nat. 2, 117 *miror* omnino nihil addisci nova inquisitione, i. ne veterum q. inventa perdisci. 22, 118 non placent remediis tam longe (*sc. in India vel Arabia*) nascentia, non nobis gignuntur, i. ne illis q. (*sc. cum ea vendant*). TAC. dial. 26, 2 neque ... oratorius iste, i. hercle ne virilis q. cultus est. APVL. met. 2, 22, 2 nec acies *oculorum* usquam devertenda, i. ne obliquanda q. *est.* *al.* ⓒ aut (*addidimus* autem *l. 50*); *negatur: verbum repetitum* (*substitutum pronomine l. 45; cf. l. 67. p. 325, 57. 327, 72. 329, 40*): CIC. parad. 43 si testamenta amicorum expectas, ⌊aut ne expectas⌋ q. atque ipse supponis (⌊ ⌋ *om. pars codd.*). Att. 10, 11, 4 *Antonius* iam fortasse ad me veniet aut ne id q. SEN. epist. 23, 7 qui ex aliis propositis in alia transiliunt aut ne transiliunt q., sed casu quodam transmittuntur (LACT. inst. 7, 9, 17 in ignominia vivere aut ne vivere q., sed dolore cruciari). *al.* *quidlibet*: CIC. fin. 4, 32 quae *obscurationes* propter exiguitatem vix aut ne vix q. appareant (AMM. 17, 4, 15. *cf. p. 329, 69 et* CIC. fam. 9, 8, 2 mihi vero cum his *studiis* ipsis vix, his autem detractis ne vix q. *est, cur vivere velim*). div. 2, 55 *eventura* aperte declarari oportebat aut ne occulte q., si ea sciri nolebant *dei.*

② *additive, sc. per* ac (*cf. l. 7*): CIC. orat. 158 in accepti tabulis ... ac ne his q. omnium. SEN. suas. 6, 23 nihil ... Cicerone dignum est ac ne hoc q., quod *eqs.* QVINT. inst. 8 prooem. 14 quae virtus ... in nullo reperta est ac ne in ipso q. aut L. Crasso. PLIN. paneg. 31, 4 nihil hoc, *sc. Nilus fluminis modum servans,* ad urbem ac ne ad Aegyptum q. SVET. Cal. 52 *p. 325, 7. al.* *sequitur* nisi: PLIN. nat. 10, 119 *verba* addiscere alias *picae species* negant posse quam ex *certo quodam genere* ..., et inter eas facilius, quibus quini sint digiti in pedibus, ac ne eas q. ipsas ⟨n.⟩ primis duobus vitae annis. 17, 257 ceterae *arbores* rarius tondeantur, nulla autumno, ac ne radantur q. n. vere. SVET. Aug. 56, 4 unum omnino e reorum numero ac ne eum q. n. precibus eripuit. Galba 14, 3 iura trium liberorum vix uni atque alteri *dedit,* ac ne īs q. n. ad certum ... tempus. PLIN. epist. 2, 17, 22 *cubiculum* non fulgurum lumen ac ne diem q. sentit n. fenestris apertis. 9, 9, 1 *plerique* tantum viventes amant seu potius amare se simulant ac ne simulant q., n. quos florentes vident.

**β** *in locut. quibusdam bimembribus; membra coniunguntur per*:
① cum ... tum ne ... q.: MET. NVM. or. frg. Gell. 7, 11, 3 c. *illum* indignissimum arbitror, cui a viris bonis benedicatur, t. ne idoneum q., cui a probis maledicatur. CIC. Phil. 14, 2 hoc quidem c. turpe est, t. ne dis q. immortalibus gratum. fin. 1, 19 quae c. tota res ⟨est⟩ ficta pueriliter, t. ne efficit ⟨q.⟩, quod vult (*suppl. A. Manutius*). Lael. 26 studiis ... generorum ... c. difficile est, t. ne aequum q. obsistere. fam. 4, 2, 4 c. miserior res numquam accidit, t. ne deliberatio q. difficilior. COLVM. 2, 2, 7 quia *id*

*[Ramminger]*

*genus terrae* c. difficulter tractetur, t. ne tractatum q. gratiam refert. 8, 2, 7 quae *aves albae* fere c. sint molles ac minus vivaces, t. ne fecundae q. facile reperiuntur.

